



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

Ortega, Cristóbal de

Lugduni, 1664

Disputatio I. De necessitate Incarnationis, ex titulis vniuersalioribus, & ad
satisfactionem pro peccato de iustitiæ rigore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)



DISPUTATIO I.

De necessitate incarnationis vniuersalioribus titulis, & ex titulo satisfactionis pro peccato de iustitia rigore.



UNIVERSALIORES tituli ex quibus incarnationis necessitas induci à nonnullis intendebatur plures recensentur de quibus quaestione prima; deinceps verò de necessitate incarnationis ad satisfactionem pro peccato de rigore iustitiæ agendum erit. Qua in re duplex difficultas continetur ex diuersis valde principiis dirimenda: vtramque verò non adeò prisca Doctores in vnam cogentes nil potius, quam, & illas, & legentium ingenia confundere præstiterunt. Nos verò aliorum periculo, & malo rectam dilucidamque methodum edocti vtramque in præsentiarum diuidemus. Duplex ergò satisfactio ex iustitiæ rigore pro peccato exhibenda Deo offenso excogitari potest. altera, qua, sicut in reliquis satisfactionibus creditori creato factis, ius Dei offensi nostrique ex peccato creditoris extinguatur: quia tantundem illa redditur quantum per peccatum debebat homo persolvere, ac damni illati reparare, vt ex iure Dei per peccatum offensi nihil vltra Deus reperere à peccatore queat. Altera qua, non solum ius Dei offensi creditoris extinguatur, sed qua ius peccatori, & debitori homini pareatur, contra Deum, ne aliquid illorum, quæ in satisfactionem illius iuris debebantur tit. vilo possit exigere: sed ex iure homini peccatori quaesito teneatur, & offensam, & culpam, & debitas poenas remittere, neque aliter facere possit, quin contra ius, falsque omne agat, licet alias ex absoluto, & vniuersali increata dominio huius generis satisfactione sublata aliter se gerere possit. Satisfactionem primi generis ex rigore iustitiæ negatiuæ nominamus; Secundi verò generis ex rigore iustitiæ positiuæ dicimus.



QVÆSTIO I.

An ex intensione glorificandi hominem, etiam lapsus necessaria incarnatio fuerit?

RITVLVS nullam explicationem desiderat cum de se se satis clareat.

CERTAMEN I.

Doctorem placita atque ex nostro prima conclusio.

Nulla ferè hic de nullis errore memorat à Valquez. disputatione 1. capit. 2. mentio futura. Quod scilicet ex voluntate creandi mundum Deus ad incarnationem præstandam fuerit coactus. Genuinus enim sensus Lullij, nempe quod Deus teneatur rem cum omni perfectione possibili præstare quandocumque eam præstet: ac proinde mundum non sine incarnatione, quæ summa illius perfectio est, præstare potuisse; abundè enim confutatus à nobis est controu. de volunt. alius verò sensus, quem à Lullio alienum iudico, nempe, ex intentione, & voluntate efficaci

creandi mundum ad incarnationem præstandam teneri impugnatur facili; quia, vel loquitur de voluntate efficaci creandi mundum creaturarum, pro vniuerso ordinem supernaturalium rerum, & incarnationem complectitur; Sic autem sensus erit: Deum ex voluntate producendi vniuersam hypotheticam verti cum humanitate, & creaturas reliquas mundi ad illam præstandam teneri, de quo dubitauerat nemo: vel pro complectitur reliquas ab incarnatione creaturas, etiam supernaturales: & ne, sic quidem de voluntate creandi mundum Deus ad incarnationem cogi potest: cum medium vnicum non sit ad res etiam supernaturales, obtinendas, quæ innocentia statu sine illa extiterent. Ad naturales autem res, quæ in mundo decreto sunt, medium nedum vnicum, esse incarnationem nequit natura sua: alioqui ordo gratiæ naturæ ordinem naturæ suæ præcederet imò neque medium morale fuit, aiente Augustino: Christum non pro nullis venisse, mortuumque fuisse, vt conderentur, sed pro impiis vt iustificarentur. Atque hæc de Lullij errore satis.

2 S. Anselmus I. cur Deus homo? capit. 12. 16. & 17. & lib. 2. cap. 4. docere videtur Deum ex permissione peccati ad incarnationem teneri, quia reparandus necessariò mundus erat: tum propter se, quia ad gloriam aliquot saltem homines vagè fuerant in hominis ipsius conditione efficaciter à Deo voliti, quæ sine peccati reparatione obtineri non poterat: tum etiam propter Angelorum numerum, & sedes reparandas: non quidem per Angelos apostatas impenitentes, neque per alios denuò creatos, ne secunda illa creatio primam imperfectionis argueret, cum integra non fuisset: ac rursus, quia secundi illi perfenerant aspectu vindictæ indefectos primos, metuque quare non æquè perfectè perseuerarent ac primi, qui sine peccati metu, ac proinde perfectione, & sanctitate locum primorum, si perseuerassent, non expleverunt: quare eorum numerus, & locus hominibus erat explendus; vnde & hi necessariò reparandi. Cùm autem reparatio hominis à peccato per gratiam Dei remissionem sine satisfactione pro illo iustitiam diuinam non deceret, atque æqualis satisfactio à pura creatura, nedum ab homine peccatore exhiberi non posset, vt Deus creaturæ satisfacturæ viretur quæ fuit, vt eius satisfactio è diuinæ personæ dignitate ad condignitatem satisfactionis perueniret. Quia verò satisfactorium opus pro peccato à sola rationali creatura provenire poterat, atque Angelus mori, vt oportebat, nequiret, homo, qui præter Angelos ex rationalibus creaturis reliquus solum erat, morique poterat ad vniuersam hypotheticam cum Deo aslundendis necessariò fuit: vt morte sua pro peccato hominis satisfaceret, sicque è iustitiæ diuinæ decentia lapsus hominem repararet, atque, vt primò Deus constituerat ad gloriam conditum hominem perduceret. Sic Anselmo mentem ex longa, diuturnaque; textus meditatione profundiores Theologi, in quibus exactus patrum interpres Vasquius noster, proponunt. Quia verò Anselmi decentia, viderint ipsi scilicet sic explicatum nemo Scholasticorum Anselmum sequatur: imò, nec sequi cordatè possit: siquidem discursus hic strictè acceptus in multis peccati aperit: qua autem veritate nos infra videbimus. Anselmo præiisse videtur nonnullis Athanasius de incarnat. verbis, eiusque corporali aduentu, verumque verò secutus videtur Ricard. Victor. de incarnat. c. 8.

3 Secunda sententia docet Deum non equidem ex permissione peccati, postquam integrum, liberumque ipsi fuit hominem reparare, sed ex intentione reparandi hominem profus libera ad incarnationem teneri: quia sine incarnatione reparari homo non poterat: ac proinde hæc vni cum reparationis intentæ medium erat ad quod opponendum ex efficaci reparationis intentione tenebatur Deus. Referuntur pro hac sententia Alex. Alep. 3. p. q. 1. S. Bonau. in 1. disp. 20. ar. 1. q. 1. Abulen. quaest. 27. prolog. super Mattheum 3. sententia Deum ex intentione reparationis hominum à peccato

cato non absolute (cùm mille aliis modis reparari à Deo possent) sed per condignam satisfactionem pro peccato necessariò ad incarnationem teneri, quæ ad eiusmodi satisfactionem medium vnicum est: ut discursu recitatu ex Athanasio, Anselmo, & Ricardo confici videtur, huic opinioni tacitè conueniunt Scholastici plures, qui, ut tota hac controuersia videbimus, ob aliquod genus satisfactionis pro peccato hominum, siue ex iustitia, siue æquiualentis pro macula, offensa, vel toto debito obiecto mortalis necessariam incarnationem defendunt. Ne autem in æquiuoco laboretur aduertendum est: dum de necessitate incarnationis disputamus, nullatenus de hac numero incarnatione disputare; nempe personæ verbi determinatæ vnione, ad hanc numero humanitatem cui fuit de facto vnita: nemini enim, siue Patrum, siue Theologorum dubium hæcenus fuit, quin quauis alia Trinitatis persona ad aliam numero humanitatem vnita: æquè benè, & hominis lapsi reparatio, & condigna æqualis, imò superabundans pro hominum peccatis satisfactio haberetur.

4 Dico primò contra sententiam primam. Ex permissione peccati non tenebatur ad incarnationem Deus. Est omnium Theologorum conclusio. Hugo Victor. 1. de sacram. p. 8. cap. 10. Magist. in 3. disp. 20. cap. 1. S. Bonavent. quæst. 1. art. 1. Scot. quæst. vnic. 5. In istis dicitur: Durand. & Palud. quæst. 1. Ricar. de mediæ. quæst. 4. Gabr. quæst. vnic. art. 1. & 2. Alti-siod. 3. iun. tract. 1. cap. 8. S. Th. hic cum Thomistis. Alex supra med. 3. & 4. Guilliem. part. lib. cur Deus homo? capite decimo septimo, de auaritia. Adæ Vega. 2. sub Trident. capit. 5. Vasquez disputat. 1. cap. 3. Soar. disp. 4. sect. 1. §. dico primo Lugo disput. 2. sect. 1. Bernal. disp. 3. §. 2. Supponit Vvadingo, disp. 1. de incarnat. Sed in conclusione ad eò communi communibus probationibus non omnino acquiesco. Illi in primis Deus, neque physicè ad sui existentiam est foelicitatem, neque ad sui decentiam æget hominum reparationem: ergò permisso peccato non fuit Deo necessaria incarnatio. Licet enim de Deo absolute sumptum verum sit antecedens; aut posita intentione efficaci gloriæ hominum necessaria, & physicè, & moraliter hominum reparatio Deo fuit, ut patet. Arguitur secundò: quia sine vlla etiam decentia potuit Deus gratiâ primo collatam homini denegare alioqui gratia nõ fuisset: ergò est perditum non restitueri per reparationem. Patet: quia maior gratia est; quæ inimicis confertur, quam quæ amicis exhibetur: at si sui decentia certanda Deus hominem reparauit necessariò, gratia reparationis, non erit gratia, ergò non fuit reparatio necessaria? Respondetur: admissio quod, si homo ex intentione efficaci gloriæ conditus, & ornatus primò gratia fuerit, gratiam primò collatam in se gratiam non fuisse, sed in causa. Id quod non minuit gratiam, nec nostræ gratitudinis debitum: sicuti, neque cum gratia datur ex promissione diuina: quo pacto gratiam esse, & reparationem, & incarnationem ipsam quæ effecta est, & constat, & respondisse Anselmus putatur à Vasquez. c. 3. & à Lugo num. 4. qui eius solutionem laudant, non impugnant.

5 Sic autem impugnari potest: quia gratia reparationis, & incarnationis libera est ante peccati positionem per te: cùm ante illud necessaria non sit adhuc ex intentione efficaci præsupposita gloriæ hominum, solumque est necessaria ex permissione peccati: ergò libertas proxima gratiæ reparationis, & incarnationis est in permissione peccati: at hæc nobis bona non est, sed peior, quam negatio incarnationis: ergò nequit in illa tanquam in causa amari incarnatio, ut nobis bona, & ex complacencia nostri: nequit enim ex complacencia alicuius amari ipsi, quod peius illi est.

6 Secundò impugnat: quia adhuc posito peccato reparatio nostra, & incarnatio, ac redemptio opus misericordiæ, & amoris Dei erga homines fuit. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum

daret, ut omnis qui credit in ipsum non perdat. Ad Titum 3. qui secundum misericordiam suam saluos nos fecit; ad Romanos 5. Commendat autem charitatem suam Deus: quoniam, cùm adhuc impij essemus, Christus pro nobis mortuus est. Ergò adhuc posito peccato hominum incarnatio, & reparatio eorum libera Deo fuit, non necessaria: alioqui misericordix & charitati Dei erga homines non deberetur, sed necessitati posito peccato. Confirmatur: quia posita intentione illa prima gloriæ hominum & peccato permisso, cuius vult miseretur Deus, & quem vult indurat, inquit Paulus, rationemque subdit: voluntati enim eius quis resistit; id est nulla ratione Dei de alterutro voluntatem quisquam rearguet: ergò liberum integrumque Deo est, hominem lapsum reparare; vel secus. Dices acutius, & liberum Deo esse in se cuiusque, & omnium hominum lapsorum reparationem diuini, secus omnium coniunctum: quia, cùm intentio efficaci Dei hominem creantis fuerit aliquos vagè salutare nullum lapsum in particulari reparare, atque ad eius reparationem incarnari tenebatur; quare omnes diuini poterat incarnatione, & reparatione priuare: vnde, & incarnatio, & reparatio singulis distributiue sumptis gratia in se, ac libera respectu Dei fuit; omnibus autem collectiue sumptis reparationem, & incarnationem necessariam ad illam denegare non poterat: cum omnium coniunctim perditio cum intentione illa efficaci glorificandi aliquos repugnet. Hinc omnibus distributiue incarnatio, reparatio, & redemptio misericordix dilectionis, & charitatis Dei opus, & commendatitium signum iuxta Ioannem, & Paulum fuit; secus omnibus coniunctim, & collectiue sumptis. Sed contra est: quia mundus, è cuius dilectione incarnationem exhibitam aiebat Ioannes, homines omnes non distributiue, sed collectiue significat: idemque significat Paulus pronomine pluralis nos, & nobis ad Romanos; & ad Titum: quo homines non singulatim, sed collectiue significauit. Contra secundò: quia sap. 12. dicitur; Quis tibi imputauit si perierint nationes, nempe omnes homines coniunctim sumpti, quas tu fecisti? non est alius Deus quam tu. id est cùm tu solus creationis iure omnium collectiue, & singulorum nominis sis, ac proinde reparationem, & conseruationem; ne coniunctis quidem omnibus debeas. Denique: licet ad reparationem omnium, vel aliquorum hominum Deus teneretur, aliter, quam per incarnationem fieri ab ipso posset, ut iam iam ostendo: ergò ex permissione peccati ad incarnationem præstandam nusquam tenebatur Deus.

CERTAMEN II.

Conclusiones reliquæ.

1 Dico secundò contra secundam sententiam: ex intentione reparandi hominem lapsum non tenebatur Deus ad incarnationem apponendam. Est conclusio eorum quos pro prima dedimus, si Alex. Bonau. & Abulenf. excipias: probatur: quia nequit Deus teneri ad aliquid opponendum ex intentione alterius, nisi & alterum efficaciter intendat, & illud aliquid medium vnicum ad illud alterum sit: siquidem necessitas hæc actiua intendens oritur ex efficaci intentione, & necessitate passiuæ finis intenti, qua ad sui existentiam alio opus habeat, ut controuersiæ præfatione notabimus; atqui Deus neque efficaciter intendit antecedenter ad hominis lapsi reparationem ipsius, neque incarnatio medium vnicum ad eiusmodi reparationem erat: ergò ex intentione reparandi hominem lapsum non tenebatur Deus ad incarnationem apponendam. Minoris primam partem probato numero secundo. Pars verò secunda probatur: quia poterat Deus gratiò, & offensam & maculam peccati totumque eius debitum remittere, & abolere, saltem per gratiæ infusionem sine meritis

meritis creaturæ vilius rationalis Deo hypostaticè vnita; sua, ostende repugnantiam. Secundo probatur ex Patribus. Athan. ferm. 3. contra Arrian. c. poterat sine alio aduentu Christi solummodo loqui Deum, & soluere male-dictam. Euse. Emisen. homil. 6. de Paschate. Potuit Filius Dei hostem humani generis, & in calis postus nru ipso sue diuinitatis elidere; sed ne quid dicitur (vt superius diximus) diabolus conquiri posset, placuit Deo secundum iustitiam suam pro humano genere offerre hominem purum, & immaculatum. Similia habent Leo Pap. 1. ferm. 2. de nariuit. ante med. & ferm. 12. de pass. Greg. Magnus 17. moral. c. 18. lib. 24. c. 2. Bernar. epist. 190. Author. de car. Christi operibus apud Cyprian. omniumque luculentissimè August. 13. de Trinit. c. 10. ait: *Ostendamus non autem modum possibilem Deo desuisse. & c. 13. Non autem Diabolus potentia Dei, sed iustitia superandus fuit.* Statimque ostendit Dei potentia potuisse diabolum superari. Demum de Agone Christiano c. 11. inquit. aded in op. positum inuehitur, vt aliter opinantes stultos pleno, vt aiunt ore compelleret.

2 Dico tertio contra tertiam sententiam. Neque ex intentione reparandi hominem lapsum per æqualem satisfactionem pro peccato ad incarnationem tenebatur Deus; hæc conclusio æquè communis atque præcedens esse debet teste Bernal. citato, sectione secunda, §. 3. probatur: quia, etsi valor infinitus à persona diuina hypostaticè vnita creaturæ satisfaciendi requireretur, vt eius opera condignè, & æquiualeuter satisfactoria essent pro mortali, hoc ipsum inueniretur in operibus Angeli Deo hypostaticè vniti, siuè his ex bonis primò creatis, siuè Denuò creatis esset. Illud enim de aspectu vindictæ, quod ex Anselmo referebatur, nihil refert vt operis minuatur honestas, si ex motiuo virtutis fiat, ac non ex solo seruilis metu, vt hunc etiam poterat. Quod autem Angelus mori non possit, obest minus, siquidem cunctis minutato operi honesto sic vnita creaturæ infinitus valor meritius, & satisfactorius inesset: ergò incarnatio non erat medium vnicum ad reparationem per æquiualem satisfactionem, ad quod proinde cogi ex huius intentione efficaciter posset Deus. Adde ex intentione efficaci reparationis per satisfactionem merituum operum Christi, ad quam medium vnicum incarnatio foret pugnare eius appositionem cum intentione illa efficaci, ac proinde non posse apponi nisi ex inefficaci intentione, vt liberè apponatur. Etenim si ex efficaci intentione vt m. vnic. & necessarium apponatur, auferetur ab opere satisfactorio Christi libertas, & meritum, ac proinde est meritua satisfactio, vt fusè probaui controu. de voluntate, probaboque rursus controu. 3. siquidem cum antecedenti natura intentione efficaci pugnat negatio operis Christi, si vnicum sit.

3 Contra datas conclusiones nil est quod oratione, vel leuiter pugnet. Ab autoritate ista e contra primam conclusionem videtur Anselmus locis citatis, vt eius explicationem desperauerit Vasquez: quare eum Scholastici omnes ea in re delerunt. Decentior explicatio videtur: Anselmum per exaggerationem fuisse locutum, vt conuenientiam incarnationis verbi commendaret, ideoque ab ipso necessitatem fuisse appellatam. Sed tamen cum lib. 1. cap. 25. asserat aliquot saltem homines necessario ad beatitudinem perducendos, vt in præfatione libri his verbis dixerat: *monstratur non minus aperta ratione, & veritate naturam humanam ad hoc institutam esse, vt aliquando immortalitate beata totus homo, id est corpore, & anima frueretur: ac necesse esse vt hoc fiat de homine propter quod factus est. Quia scilicet ex intentione efficaci gloriæ hominis genus hominum condidit. deinde lib. 2. c. 5. incarnationis necessitatem ad reparandos à peccato, atque ad gloriam perducendos homines tantam Deo fuisse, quanta est in promissis præstandis, & c. 17. eadem necessitate teneri Deum ait ad incarnationem, & satisfactionem per illam, qua ad non mentiendum tenetur, atque æquè evidens vtrumque esse. cap. verò 10. Sicut, inquit, in Deo quantumvis paruum inconueniens sequitur*

*impossibilitas: ita quantumlibet paruum rationem, si maiori non vincatur, comitatur necessitas. indeque ex suppositione peccati proflat incarnationis necessitatem: ergò non per hyperbolem, sed strictè necessitatem incarnationis docuit ex suppositione peccati, & intentionis efficaci Dei erga, aliquot saltem hominum gloriam. Nihilominus longè alia est Anselmi mens, quam, vt antecedenter ex permissione peccati, & efficaci intentione gloriæ hominum ad incarnationem apponendam adstrictum censet Deum. Sed ita fuisse conueniens, vt nos ita oportuisse credere necessario debeamus: cum semper pro conuenientia maiori eorum quæ fecit Deus stare iudicium nostrum debeat, nisi aliunde ratio à maiore appareat. Id solum volunt recitatà verbaz alioqui Deum ad optimum præstandum teneri docuisse Anselmum contra Theologos omnes, & contra apertas rationes quas dedimus controu. de volunt. deinde cap. illo 5. fatetur Deum multifariam potuisse lapsos homines reparare, sed incarnationem elegisse præ eximia sui in hominis charitate: iuxta illud ad Rom. 5. *Commendat autem Deus charitatem suam in nobis.**

4 Aliam autem necessitatem incarnationis admittit non antecedenter, sed consequenter ad voluntatem efficacem reparandi hominem per satisfactionem non qualemcumque, sed hominis Dei: ex qua non minus tenebatur ad hominem Deum præstandum, quam ad non mentiendum, & standum promissis ratione veritatis, constantiæ, & immutabilitatis, siue, vt ipse asserbat citatis locis. Constat hoc, quia ibi æquè evidentem esse non mentiendi, & standi promissis necessitatem in Deo: atque necessitatem incarnationis aiebat: cum de antecedenti necessitate præstandi incarnationem antecedenter ad efficacem voluntatem reparandi hominem lapsum per satisfactionem ab homine Deo exhibitam ne probabilis quidem ratio Theologis hætenus illuxerit, aut admittatur: nedum antecedenter ad voluntatem de reparando homine lapsio. Constat secundo, & de necessitate hac consequenti, & de antecedenti improperia, siue per exaggerationem, locutum Anselmum fuisse, quia explicans necessitatem istam, quam asseruit, sic habet libro 2. cap. 5. *Cum dicimus, Deum aliquid facere, quasi necessitate vitandi inbonestatem, quam vitiis non timet, potius intelligendum est, quod sic necessitate seruandæ honestatis, quæ necessitas non est aliud, quam immutabilitatis honestatis eius, quam à se ipso, & non ab alio habet: & ideo in improperia dicitur necessitas. Dicimus tamen, quia necesse est, vt bonitas Dei propter immutabilitatem suam perficiat de homine, quod incipit: quantum totum sit gratia quod fecit bonum. Si enim ex necessitate propria antecedenti bonum incarnationis fecisset, non esset gratia totum & præcipuum bonum quod fecit. Necessitatem vero consequentem ad voluntatem satisfaciendi pro homine lapsio satisfactionem hominis Dei explicuit satis, cum eam ex immutabilitate honestatis, seu voluntatis honestæ deducit. Siquidem, si alio modo, quo potuit, hominem lapsum repararet, gloriæ caretque, ab intentione reparandi, glorificandique illum non deficeret; quem explicatum habet Athanasius citatus certamine primo, num. 2. sine, qui ratione mutabilitatis in bono creaturæ, etiam angelicæ, necessitatem incarnationem ad reparationem, & redemptionem nostram asseruit, vt videbimus quæst. vlt. cert. vlt. num. vlt.*

5 Dices adhuc Athanasium ibi dixisse: *Indignum, Deoque indecentissimum esse in conspectu suo creaturam peccatam, & Cyrill. 5. Theaur. cap. 7. Non decessisse opus Dei imperfectum nauare. quid inde non periret si alius quibus potuit modis à Deo repararetur. Secundo indecentia illa, & indignitas solum negatiua est, quam vitare Deus non tenetur. De facto enim illam non vitauit; in Angelis, excellentioris nempè creaturæ perdicione: atque è sola charitate nimia erga homines in nobis vitauit: clamante Apostolo: nusquam Angelos. De redemptionis apprehensione intelligunt expenduntque Patres. Denique oppones Patres recitandos quæst. 2. & 3. magno numero asserentes non potuisse hominem, nisi per incarnationem*

CERTAMEN I.

Pro questionis decisione notata statuntur.

carnationem redimi, quod ut minimum de redemptione per æqualem satisfactionem intelligendum est: quia scilicet eam medium unicum redemptionis, & satisfactionis æqualis pro peccato reparant. Sed hi tamen loquuntur de reparatione, & libertate nostra à Deo faciendâ contra hostem nostrum diabolum, ut constat ex testimonio datis certamine 2. num. 1. Eusebij, Gregorij, Bernardi, Augustini, & Leonis Pap. 1. ibi, sermone primo de natiuitate: hæc autem per assumptionem humanitatem fieri debuit congruentiæ solum debito, ut eadem, quam vicerat diabolus, natura vinceretur, ut loco proximo, non semel aiebat Leo, nevé alias diabolus conqueri posset, ut recitatus scribebat Eusebius.



QVÆSTIO II.

An ad satisfactionem ex iniustitia negatiua pro peccato necessaria incarnatio fuerit?

AM hinc titulus necessitatis incarnationis ad satisfactionem pro peccato ab Scholasticis, verborum Athanasij, Anselmi aliorumque Patrum sono ductis excogitatos singulatim examinabimus. Primus est, ut satisfactio ex rigore iustitiæ pro peccatis exhiberetur. Id est quia ius creditoris Dei offensi, extinguatur: sicut extinguitur ius pecuniarij creditoris, pecuniæ solutione, vel diffamati, aut dehonorati creditoris honoris, vel famæ restitutione. Hanc vocabimus satisfactionem ex iniustitia negatiua, ex parte nimirum creditoris: quia iustitiæ ius, quod in ipso præcesserat, ea exhibita satisfactio aboletur, quin, ut Deus titulis aliis opus satisfactorium non exigat ius acquirat creatura. Est autem generatim obseruandum, iustitiam latè idem significare, quod æqualitatem: ac proinde respectiuum quid esse: quare iustitiæ virtutem habitualiter sumptam esse inclinationem ad seruandam æqualitatem actualiter in aliquo: actualem verò esse æqualitatis seruationem. Quod si ea æqualitatis seruatio, sit æqualitatis cum recto dictamine generalis, & lata licet propriè iustitia erit, quæ virtutes omnes transcendit: ac proinde quævis honesta satisfactio ex lata hac, & propria iustitia erit. Sin verò æqualitas seruanda cum recta rationis regula sit in ordine ad alterum etiam strictius adhuc iustitiæ genus constituitur: laxius tamen eo de quo quæstio procedit. Comprehendit enim misericordiam, pietatem, religionem, fidelitatem: quas, & similes virtutes, partes iustitiæ potestatiuas appellat proinde S. Thom. 2. 2. q. 8. a. 1. si autem æqualitas seruanda sit in eis ad quæ ius habeat alter tanquam ad rem suam quam neque auferre, nec retinere, eavè uti quis possit sine ipsius vel consensu, vel iniuria, specialis, & strictissima iustitia est, de qua hic agimus. vtramque hanc iustitiam diuisit, genereque conuenire docuit Aristor. 2. Politicor. cap. 2. versus med. quia vtraque ad alterum est. Postrema verò in commutatiuum, & distributiuum diuiditur. Hæc seruat æqualitatem proportionis in præmiis, & pœnis meritorum: commutatiua æqualitatem arithmeticam inter rem, & rem nulla habita personarum ratione, quam attendit geometrica distributiue proportio.

* * *

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

His generatim de iniustitia stricta præmissis sciendum ulterius est satisfactioem è iustitiæ rigore supponere læsionem, & damnum alteri illatum in bonis, quæ iustitiæ strictæ materia sunt, scilicet in rebus, in quibus cum vitia ipsi adesse, vel ad bene esse sint, ius habet, ut nemo eas auferat, eisvè vtatur absque consensu, vel iniuria ipsius, ut bene Aristot. 5. Rhetoricor. capite 9. illis verbis iniuriare est spontè lædere; & consone sanctus Thomas 1. 2. quæstione 21. art. 3. aiebat. *Distributio secundum iustitiam fit alicui ex eo quod agit in profectum, vel nocumentum alterius: idcirco 5. Ethicor. capite 4. iustitiæ damnum medium inter lucrum, & damnum esse docuerat. Totam ergò iustitiæ materiam ad bona fortunæ, vitæ honoris & famæ, quibus quicquid vitæ adesse, ac bene esse, cuique est continetur, reduxit. Quod autem satisfactio è rigore iustitiæ alterius læsionem vel damnum in eiusmodi bonis necessario, & essentialiter supponat, perspicuum est: quia per eiusmodi satisfactioem reduci ad æqualitatem inæqualitas debet vbi autem nulla alterius inæqualitas præcessit nequit respectu illius ad æqualitatem inæqualitas reduci & sane, in nullo genere est satisfactio, in quo læsio, vel iniuria, atque inde ius ex parte ipsius, ut ei satis non præcedit, ut vox ipsa satisfactioem demonstrat, quæ in materiæ strictæ iustitiæ redditio, ac restitutio necessario est (ut ideo, si aliunde, quam à detractore fama reparatur, eodemque, quo ante detractorem loco reponatur detractor ad nullam satisfactioem famæ per Doctores tenetur: læsio famæ reparatione illa alterius fuit abolita) quod autem nullo modo oblatum alteri ex iustitiæ materia fuit, nullo modo debetur quoniam pacto ex iustitia reddi poterit? ne dum debetur? quoniam vero iniuria propriè scienti, & volenti non fit, uti ex Arist. proximè c. 9. commune proloquium fert, præter præfatum damnum requiritur, quod læso, saltem non volente fuerit illatum à satisfactore.*

Sed enim præter hæc, quæ satisfactio è iustitiæ rigore necessario supponit, plura alia essentialiter inuoluit, quæ ex Anselmo 1. cur. Deus homo c. 19. & 20. stata iam definitione Scotus comprehendit *Redditio æquivalentis voluntaria ex aliis indebitis.* licet eam generalis satisfactiois definitionem siue ex fidelitate, siue ex gratitudine comprehendat virtutum materia, ac vocum alia, acque alia significatione variata suppressit personarum diuersitatem: quia redditio nequit non ad alteram esse, si ex debito propriè fit: maxime iustitiæ strictæ, quæ eiusdem ad se ipsum esse non potest: ac proinde nequit esse, nisi inter personas diuersas, etenim nemo se ipsum lædere propriè potest, iniuriamvè irrogare, aut debitum iustitiæ, aut debitum iustitiæ erga se ipsum habere. Nequit autem in vilo genere esse satisfactio nisi debiti, aut iniuriæ alicuius sit, ut nuper dicebamus. Assumptum est Arist. 5. Ethicor. c. 6. eiusque ratio: quia quidquid aliquis circa se ipsum operatur libere, (vbi ad iniuriam inferendam oportet, quæ absque actionis libertate non est) sciens, volentique operatur: quare & absque sui iniuria, quæ scienti, & volenti fieri minimè potest debet autem satisfaciens ab eo cui satisfaciendum est alter esse non solum re, sed iure, & Dominio vnde inter Patrem, & Filium in fortunæ bonis nulla iustitia, aut ex eius rigore satisfactio esse potest, teste Arist. proximè ac Theologis cum S. Th. q. 77. a. 4. ac iuris peritis inlit. *Per quas personas s. item vobis l. cum oportet c. de bonis quæ liberis l. id vestimentum. ff. de peculio: id quod de non è mancipato filio intelligitur cuius ea ratio est: quia eorum omnium quæ filius habet (exceptis castrensibus, & quasi) Pater Dominus est, atque vtriusque eadem moraliter. & ciuilitate persona, cum filius pars Patris eo sensu sit id*

T t circo

circò neque inter religionem, & religioſum, neque inter Dominum, & ſeruum, vt ſeruum iuſtitie ſtrictè pactum, ſeu contractus eſſe poteſt licet alia ratione inter eos, atque inter Patrem, & Filium emancipatum eſſe queat, vt docuit Ariſt. 2. magnor. moral. c. 11.

3. Eadem redditionis voce Continentur, quod ſatisfactio non fiat ex bonis creditoris ſuè gratuitè acceptis ab ipſo ſciente illis ipſis ſibi eſſe ſoluendum: quare id oriòſe addunt Capr. in 4. d. 15. q. 1. a. 3. ad 1. Aurel. Ferrara 4. contr. 9. alij Thomiſtæ, & Vaſq. d. 8. c. 1. 2. & 3. ea ſiquidem ita ſcientis donatio virtualis remiſſio eſſe ſicut donatio pecuniæ à Dño fundi quo agrum ab ipſo emas, & ſoluas, ſi ex ea ſcienti fiat laruata ſcudi venditio eſt, ac virtualis donatio: que quidem ratio ſolidior longè illa eſt, quam pro conditione hac aſſerunt recentiores: quod ſc. nihil in bonis creditoris augetur, vt in omni ſatisfactione debet augetur: etenim bona ſic data à creditore ipſius iam abſolute non ſunt, ſed donatarij: quare cum ab hoc ipſi redduntur, vt damnum illatum reſarciatur, aliquid procul dubio bonis eius accreſcit quo præſatum damnum reparatur. Dices tamen donata etiam ex ea ſententia, imò, & intentione ſatisfactionis ſibi faciendæ, à creditore debitoris abſolute eſt, vt diximus, poteſtque illa donanti creditori non ſoluere, debitumque perſiſtere: imò, ita pro illo priori ad redditionem debiti à debitore, ſic donata pecunia creditoris debitum perſiſtit, ac non remiſſum eſt: vt poſſit à creditore abſolute debitum vterius remitti; ergò in ea pecuniæ donatione nondum erat virtualis remiſſio. Nihil hæc probant: Probant enim æquè contra virtualis illius donationis ad omnibus admittæ apertiſſimam paritatem: nam, & data pecunia ex ſcientia, & intentione venditoris, vt agrum donatarius ab ipſo illa ipſa emas, & ſoluat, poteſt abſolute poteſtate antecedenti donatarius accepta pecunia agrum non emere, ac venditor pretium agri remittere, atque illum ipſi donare, & tamen cum pretium vendendi agri ſic donat, virtualiter agrum donat. Ratio vtriuſque eſt. Nam virtualis donatio, ac remiſſio ſolum attenditur ex actione, & voluntate æquivalentis donatoris, quæ adeſt, etſi donatarius ex parte ſua illam non exequatur, atque ad effectum deducat, vel ſatisfaciendo, vel emendo, ac ſoluendo pretium pecunia donata. Secundò: eſto non ſit appellanda virtualis remiſſio, aut donatio fundi pecuniæ donatio ex ſcientia, & intentione, vt ea donatori ſatisfiat, vel debitum antiquum, vel fundi pretium quovique ſoluatur de facto donatori. Id ſolum contendit obſeruatione noſtra in cuiſmodi ſolutione debiti, ſatisfactionem, vel venditionem non eſſe, niſi palliatam, & apparentem, ac veram remiſſionem, & ſuſceptam donationem æquivalentem, & virtualementem, quæ etiam cum formali remiſſione non pugnat, etſi hæc poſterius adueniant.

4. Præſatæ conditioni limitationes plures immeritò adiungit Soar. d. 4. ſect. 6. §. *Vera igitur reſponſio*: ac verſu verum *conditio hæc*, atque alij DD. Prima ſit eam locum non habere in ſatisfactione honoris, & famæ, ſed ſolum bonorum fortunæ, quia in horum ſolum reſtitutione tranſfertur dominium bonorum, quibus ſatisfit in creditore, ſecus actionum, quibus honos, vel fama reſtituitur: Diſcrimen autem hoc leue eſt. Licet enim honos, & fama non eo modo, quo pecuniæ poſſideantur phyſica eorum apprehenſione à Dño, ac verò in aliorum æſtimatione ab hominibus poſſidentur, indeque ſolum à detractore, & contumelioſo auferuntur, qui idè contra iuſtitiam ſtrictam peccant; eoque loco reponi ab iis debent, vt famam, & honorem integrum, & illæſum læſus poſſideat, ſicut ante detractorem, atque ei è ſtricta iuſtitia ſatisfiat: ac proinde æquè poſſidet famam læſus per ſatisfactionem, atque ſpoliatus pecuniam per pecuniariam ſatisfactionem, vt doctè arguit Vaſq. proximè numero 47. limitat rurſus Soarez, loco 2. de datis à creditore ex ea ſatisfactionis ſcientia poſt debitum contractum, immeritò tamen, vt patet exemplo donationis pecuniæ ex ſcientia ſolutionis fundi emendi illa ipſa ex donatore à donatario, quam virtualementem fundi cum communi Soarius ipſe

fatetur. Limitat tertio ſect. eadem §. *verum conditio illa* annuentibus ex parte Lugo d. 4. ſect. 3. n. 6. & Salamancaſis recentioribus, ſcilicet vt verum habeat, ſi pactum intercedat, vt donatarius illa ipſa pecunia donata ſatisfaciat, & ſoluat donatori. Sed hæc etiam limitatio reſiſtitur, quia ſi adfit ſcientia donatori ſolutionis ſibi ex pecunia faciendæ virtualis, & æquivalentis remiſſio, vel donatio fundi adeſt, ſolaque apparens venditio, & ſatisfactio, vt patet. Secundò: licet eo poſtito pacto ſolvens donatarius ſoluat pecunia, quæ abſolute ſua non erat, vt aduerſarij volunt, ac proinde non ſit vera ſolutio, ſed formalis debiti remiſſio, quia ex bonis que formaliter, & reipſa donatoris læſi ſunt; aſt id non tollit, quod bonis datis ſecluſo pacto, quæ donatarij ſunt, ſatisfactio facta ſit virtualis remiſſio donatoris. ſed accedente pacto illo, vera donatio intercedit, ac bona donata à læſo donatarij debitoris abſolute ſunt, licet cum ſecunda alia obligatione orta ex pacto ſatisfaciendi bonis ſic acceptis læſo prius donatori, que quidem replicatus titulus ſatisfactionis antiqui debiti eſt, cuius non eſt in ea donatione remiſſio vlla, antequam verò debiti eſt remiſſio virtualis æquè ac ſi cuiusmodi pactum non adeſſet.

5. Plus quidem æquo eam conditionem recitari limitantur; iuſto verò amplius illum ampliatur Capr. in 4. diſputatione 15. quaſtione 1. articulo 3. ad 1. Caietan. 3. part. quaſtione 1. articulo 2. §. *Ad tertium dubium*. Sotus de natura, & gratia lib. 3. cap. 6. vt ſcilicet bonis, quæ fuerint creditoris nunquam fieri poſſit è rigore iuſtitie ſatisfactio. Decipiuntur tamen: ſi enim ante debitum contractum ex emptione vel ſumo creditor pecuniam donat, nulla ſatisfactionis ſibi ex illa pecunia faciendæ ſcientia, aut cognitione, imò nulla etiam iam contracti debiti ſcientia poſſit debitor illa ipſa pecunia donatori ſatisfacere, quin vlla adhuc virtualis remiſſio creditoris intercederet. Extendunt alij ad bona parata à debitore ex his, que creditor ex ſcientia cuiusmodi fructus ſatisfactionis ſibi faciendæ ipſi donauit. Tunc enim, inquit, virtualementem debiti remiſſionem adeſſe id quod alij verum putant, ſi parata ex bonis datis à creditore induſtria, vel ſolum, vel principaliter debitoris parentur: quia alias parata illa bona ex datis non magis debitoris, quam creditoris erunt. Eneruis ratio: quia eſt ſi principaliter ex bonis datis, quam ex induſtria debitoris proueniunt, vt in fructibus fructet, imò, & totaliter vt in annuis cenſibus donati redditibus contingit bona ſic donatario obuenientia ipſius tantummodo ſunt non donatoris. Secundæ limitationis ratio ſit: quia cum ex bonis ipſis creditor principaliter, vel æquè proueniunt quibus ſatisfit creditoris eius conſcio, cum donat ſatisfactorio cenſetur, & prouentus ipſos, quibus ſibi ſatisfit donat, ac proinde virtualiter debitum remittere: cum quo ſatisfactio è rigore iuſtitie flare nequit quod autem tunc rei donatæ prouentus, cum ex eius ſcientia res donatur moraliter donetur, cenſeturque gratia, ac beneficium donatoris probatur facile: quia ideo gratia ac beneficium Dei dicuntur non ſolùm auxilia gratiæ, ſed & bona noſtra opera, & merita, quia, etſi noſtram induſtriam non excludant tamen principaliter à gratiæ auxilio proueniunt Dei dona, ac beneficia gratuita à Paulo, Auguſtino ac reliquis Patribus reputantur: verum non ideo ſancta, ac meritoria noſtra opera Dei moraliter ſunt, quia principaliter ab ipſis auxiliis phyſicè proueniunt, cum certum ſit auxilia, & cogitationes ſanctas phyſicè efficienter in noſtræ voluntatis actus non concurrere, ſed ſolùm ſuaſoria, & intentionaliter, cum tamen determinatio phyſica voluntatis, quærens meritoria, & honeſta à voluntate phyſice ſit: quæ eà ratione non probatur intentum, ſed potius bona parata, adhuc minus principaliter ex dono creditoris in huius etiã bonis, & gratiis eſſe computanda, atque ſatisfactionem ipſi cuiusmodi partis exhibitam apparentem ſolum eſſe, atque in dono illo gratuito, vnde ipſa proueniunt, eſſe virtualementem remiſſionem creditoris. Sed tamen abſolute neque hoc, neque intentum probat. Sed ſolum in bonis noſtris operibus plus à Deo

Deum de suo ponere, quam ex parte sua ponat creata voluntas, ut Dei potius, quam nostra, eiusmodi bona opera merito censentur. Prima enim auxilia efficacia, ut efficacia nobis donat, nec solum secundum physicam entitatem ipsorum: in ea verò efficacia eorum conditionata futuritio deuoluitur, quæ ipsa auxiliij positione transit in absolutam, cumque licet non physica connexion, logica tamen necessitate connectitur: tribuit etiam gratiam habitualement operanti, qua formaliter ad vitæ æternæ meritum, & satisfactionem pro peccatis æqualem honesta nostra opera eleuentur: præparat omnipotentiam voluntati, ut operetur, atque exerit cum illo concursum indiuisum, quo indiuisibiliter affectum ipsum voluntatis honestum apponit, eaque omnia, & plura, quæ externa protectionis gratiam spectant, gratuitò, & ex scientia conditionata connexa logicè ad auxiliij efficacia positionem cum absoluto consensu nobis donat. Cuius ergò bonum potius est nostrum, an Dei? Hæc autem in aliis, quæ nobis ab aliis donantur, vnde bona alia nobis proueniunt minime intercedunt: quare limitationes illæ admittendæ non sicut cum prouentus illi etiam creditoris donantis vnde proueniunt ex eorum scientia reputari minime possunt.

6 Additur voluntaria. Si enim redditio voluntaria non sit satisfaciens, licet æquivalentis redditio læsioni sit, satisfactio non erit, sed satis passio: ut damnatis, & iis, pro quibus reluctantibus, & reuocantibus ex ipsorum bonis debitum per iudicem soluitur vltimo venit. Atque in honoris, & famæ satisfactione, si voluntarium, & liberitas absit, è quibus tota honoris, & famæ reparatio æstimatur, redditionis, æquivalentis læsioni, & damno erit impossibilis. Æqualitas autem redditii cum debito, seu damno illato voce æquivalentis, contenta essentialis etiam satisfactioni ex iustitia est, quæ exactam inter datum, & acceptum, seu damnum illatum æqualitatem essentialiter importat. Ad eam verò reuocatur conditio illa Medinæ, de pœnit. tract. 3. q. 1. Valq. d. 9. c. 1. & 3. & Thomistarum nouiorum; quod nimirum satisfactio acceptatione creditoris non egeat: etenim redditio si æqualis sit, atque è iustitia, satisfactio debiti & quoad substantiam, & quoad modum æquare prorsus debet: ergò ea posita etiã inuitè, ac non acceptante creditore, ut fieri potest, nihil debiti ex iustitia remanebit: ergò & totum debitum, ac solus creditoris omnino extinguet. Soarius proximè, & que eam conditionem satisfactioni è rigore iustitiæ necessariã esse putat, neque voce æquivalentis contineri. Potest enim quis æquale omnino pretium offerre pro captiuo, quo illum ex iustitia soluat, & tamen Dñus pretium non acceptare. Deinde, qui equum furto retinet, licet Dño in furtu offerat: pretiũ quod illum ad æqualitatem soluat, ex iustitia non soluit, nisi Dominus equi pretium illud iustitiam acceptet. Non vrgens nam, vel pretium pro captiuo offerente inuitè pro illo emptionis, ac venditionis contractum, vel post illum cum captiuo domino inuitum, si ante pretium quidem æquale est, aut eius oblatio, ut Dominus contrahat, non est satisfactio, quia nullum debitum præcedit, sed sollicitatio, ut captiuum pro illo pretio vendat, & contrahat, si libere velit, ut potest: quare necessitas illa acceptationis pretij, à Domino, non est ut eius debito satisfiat, sed ut cum ipso de mancipio contrahatur. Si autem post contractum inuitum pretium æquale offeratur, reddaturque etiam illo reuocet debitum ex contractu soluitur, & extinguitur, ut neminem, fatetur, & conditione ipsa continetur. Secundum exemplum supponit falso pretio iusto alias furto retenti ad æqualitatem debito, ac iuri Domini satisfieri. Etenim retinens equum, qui extat debet reddere, non pretium, ad illumque determinatè ius Domini ipsius habet: quare pretij redditione non redditur quod debetur: atque in acceptatione pretij pro equo extante intercedit voluntas vendendi Domini creditoris, quæ pretio non soluitur, liberaque Domino est. Si autem equus ipse, qui debetur reddatur satisfactio è rigore iustitiæ erit nulla expectata acceptatione, imò etiam reuocante Domino creditore.

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

7 Huc etiam spectat conditio alia, quod scilicet redditio voluntaria æquivalentis à debitore ipso exhibeatur, ut è rigore iustitiæ satisfiat. eam verò in honoris læsi satisfactione necessariam putant Lugo disp. 4. sect. 2. Ragula. d. 21. s. 2. & nostri omnes recentiores compluteses, secus in pecuniæ, vel famæ restitutione. Soarius d. 4. sect. 6. s. ex bis. Albertinust. 1. corollar. 17. ex principio 1. philosophico, Bernal. d. 7. sect. 1. s. 2. & 3. vniuersim necessariam negant, quibus consensisse audio recentiores Salmantinos; sed enim conditionem hanc omni vniuersim satisfactioni ex iustitia essentialem esse censo, ut omni generas satisfactiones percurrendo monstrabo, & quidem in satisfactione honoris res est clarior. Cum enim honor in bona alterius æstimatione, atque reificatione ipsius de illius excellentia, & probitate consistat, lædaturque, vel conuicio, vel contumelia, qua quis malum se de illius probitate, aut excellentia opinionem habere testatur, quovis ille ipse conuiciator; vel contumeliosus debitam se de læsi probitate, aut excellentia opinionem habere testetur honoris læsio persistit, & si ab aliis iusto longè amplius honoretur: tunc enim etiã reificatione læsoris malæ opinionis de probitate, aut excellentia illius perdurat. sed quid, inquit Salmantini, si læsus malit plus honoris à nobiliori sibi exhiberi, loco honorationis iustæ ab ignobiliori læsore sibi in honoris reparationem exhiberi, loco honorationis iustæ ab ignobiliori læsore sibi in honoris reparationem exhiberi? nonne ea erit ipsi non iusta solum, sed & amplior, & excedens satisfactio minime gentium; ut enim nostra ratio ostendit, adhuc læsio honoris, interificatione læsoris de mala sua opinione erga probitatem, & excellentiam læsi persistit: ac proinde, neque damnum reparatur, nisi nobilior ille læsum honoret ex consensu, nomine, & persona alterius: quò in casu læsor ipse moraliter bonam suam opinionem de probitate, & excellentia læsi honorationibus alterius testatur, licet alia materialiter, & physice sit persona læsum honorem reparans, & satisfaciens. Non dubito commodius gratiusque esse posse læso longè excellentioris honorationem de suo exhibendam, posseque ut illam oblatam consequatur satisfactio, ac reparationi honoris ab ignobiliori exhibenda sedere, siue gratuito, siue ex pacto cum nobiliori, sed solum contendo tunc honorem læsi, non reparari, neque eius læsione ipsi ex iustitiæ rigore satisfieri: quod reor omnino apertum. Vnde constat alterius argumenti infirmitas, quod sic Bernal. instruebat. Cum læsor honoris soluendo, ac satisfaciendo non est, plurius referat læsi illum recuperare, atque satisfactionem vltro neque fideiussoris recipere, quam pœnas à læsore exigere: atqui læso honore ius datur de honorato, ut honorem meliori modo quo possit recuperet: ergò ex iure suo læsus recuperare potest honorem ab vltro neque fideiussore, à quo solum potest, quin aliquid de suo iure remittat. Sed est implicatio in maiori supposito: quod scilicet ab vltro neque fideiussore honor recuperari queat. Vnde, & apparet minoris implicatio: quod scilicet cum soluendo, ac satisfaciendo honori læsor non est detur ius læso, ad illum recuperandum, quod ostendimus impossibile insuper ius, quod læsus habet non est ad recuperandum honorem à læsore, vel ab alio: alioqui læso adhuc reuocante posse ipsi ab alio satisfieri, quod Bernal. ipse non admittit, nisi acceptus liberè, ac voluntariè à læso fuerit in fideiussorem. In ea verò acceptatione libera, est aperta remissio læsi de iure, quod habet, exigendi honoris sui reparationem à læsore determinatè.

8 De restitutione, seu satisfactione è rigore iustitiæ, famæ, & bonorum fortunæ necessariò à læsore faciendâ esse æquè certum mihi semper fuit, licet non sit aliis æque apertum: quia vident famæ, & eorum damna posse ab alio, quam à læsore iniusto reparari, eiusque læsi creditoris extingui, id quod, non nisi satisfactione & iustitiæ rigore intercedente fieri posse videtur. Ergo vero utriusque sine eiusmodi satisfactione fieri reor: atque in famæ restitutione patet. Etenim si quis casu absque scientiâ

T. 2. t. 2.

etiam læsionis, & intentione satisfaciendi sua, ac etiam læsoris famam detractio alterius, alicui sublatam omnino reparasset, atque in pristinum statum, reduxisset & famæ reparatio, & ius illam recuperandi à detractore ex communi melioris theologiæ extingueretur, ac debitum detractoris illam restituendi cessaret: & tamen nulla è rigore iustitiæ adest: cum nulla ita restituendi, & reparandi voluntas adhuc virtualis, & interpretatiua in ea famæ reparatione fuisset cum tamen nequeat non esse voluntaria natura, & essentia sua satisfactio, vt. n. 6. ostendebamus. unde de eorum omnium satisfactio è rigore iustitiæ probatur primo fieri nisi à læsore determinate minime possit: quia nisi reparatio damni siue pecuniarij, siue famæ fiat nomine, & ex persona læsoris ipsi voluntaria non est, licet autem possit esse voluntaria alteri reparanti non est reparatio debiti respectu illius: ergo neque satisfactio è rigore iustitiæ, quæ essentialiter, & debitum supponit, & voluntaria esse debet: quod si ex pacto, vt fideiussor vltionens soluat, soluet ex fidelitate pro illo, non ex iustitia nisi cedat læsus iuri contra læsorem in pacto, & contractu illo: quo in casu debitum fideiussoris est, & soluit debens. Dices debitum, quod essentia sua supponit satisfactio non debere esse satisfaciendi voluntariæ, sed satis esse, si sit alterius, pro quo satisfit. Hoc impugnatur, ac probatur secundo: quia respectu eiusdem debet esse debitum suppositum respectu cuius est ius in creditore læso, ad exigendam satisfactioem ergo eius debet esse debitum, quod satisfactio supponit à quo facienda ex iure læsi est satisfactio. Tum sic sed ius læsi ad exigendam satisfactioem & reparationem damni non est ad aliquam personam vage, hanc, vel illam, ad quam, vt sic ius non datur: ergo ad personam læsoris determinatam. Infero primo pro conclusione. Ergo cum alius omnino à læsore non ex huius persona, sed ex sua nomine que proprio egerit, non ex iure, sed contra ius ager creditoris: quare non ex iustitiæ rigore ad satisfactioem per alium recipiendam poterit compelli, nisi ipse ex æquo, & bono, liberoque suo arbitrio eam recipere velit: infero secundo: ergo satisfactio è rigore iustitiæ non solum requirit voluntarietatem, sed supponit debitum satisfaciendi, quod in solo læsore iniusto reperitur, contra argumentum primi solutionem.

9. Vltima satisfactioem è rigore iustitiæ conditio necessaria est, quod sit ex aliis indebitis creditori quod intelligit Soarius proximè. 5. Respondeo de indebitis aliis ex iustitia etiam creditori, secus ex alia quavis virtute. Melius Valq. d. 8. c. 6. ex aliis indebitis ex quacumque virtute creditori. Probatur primo: quia si debeo centum Ecclesiæ ex decimis, voueoque alia centum valetudinis, vel religionis causa centum datis alteri solum debito satisfactio, neque me ad plenum libero, sed altero tantum, vel ex parte vtroque si pro altero tantum, vel vtroque dentur, atque acceptentur ab Ecclesia: & tamen alterum saltem debitum iustitiæ non est, sed religionis. Probatur secundo. Nam res vna omnino, & totaliter debita vno titulo æquat, neque in aliquo excedit debitum iustitiæ, cum ob illud datur, vel alterius virtutis ex qua omnino etiam debetur: ergo nihil in illa remanet ex quo debito alterius virtutis adhuc ex parte, nedum adæquate satisfiat. Probatur tertio: quia ei, cui debeo ex duplici titulo virtutis cuius vis centum adæquate ex vno quoque, liberum prorsus est pro alterutro recipere, sicut & debitori pro alterutro solvere: ergo cum alter titulus iustitiæ est, alter vero virtutis alterius, & si offerantur centum pro titulo iustitiæ acceptatione creditoris libero pro illo titulo, ac non pro alio opus erit, vt sit pro illo solutio: ergo non est è rigore iustitiæ satisfactio: Probatur hæc consequentia quia, vt vidimus. n. 6. satisfactio è rigore iustitiæ non eget acceptatione libera creditoris: quia neque de debito, neque de iure quidquam est in eiusmodi satisfactioem remittendum. Obicit tamen Soarius, debeo decem extremè indigenti ex iustitia cui tunc etiam totidem ex misericordia debeo peccabo duplici peccato, nisi decem appendam, du-

plique illi titulo, ac debito satisficiam, si decem solum, maxime ex motiuo vtrumque debitum ex vtroque titulo soluendi: ergò duplici titulo adæquato eiusdem summæ & modo iustitiæ vterque non fit, sed alter solum possum satisfacere: ac proinde ex alio etiam titulo debitis satisfieri è rigore iustitiæ optimè potest. Argumentum plus probat, quam Soarius intendat. Cum enim debitum succurrendi extremæ proximè indigentis iustitiæ sit; non misericordiam duplici iustitiæ titulo, ac proinde ex aliis debitis, ex debitis, ex iustitia etiam satisfieri posse contra Soarium probabit. Respondeo facile pro omnibus; pluribus titulis adæquatis eadem summa satisfieri adæquate posse cum tituli replicentur, atque supra eandem rem cadunt, vt. g. debeo centum, ac voueo illa eadem, quæ debeo solvere, præcipit item superior, vt illa soluam, vt debeo, ac Deo voui centum solutis iustitiæ debito iustitiæ, religionis, atque obedientiæ satisfeci, quin eorum solutio à rigore satisfaciendi ex iustitia deficiat, quia tituli supra eandem summam, & titulum debiti replicantur. Sic etiam in casu Soarij. Etenim extremè indigenti succurrere non teneor ex meis dum possum ei è suis, vel possessione, vel iure possum: tunc enim extrema illius indigentia, nec illi ius ad mea, neque mihi ex meis succurrendi debitum inducit: quare solum affert mihi obligationem, vt illi è suis iure succurram soluamque, quæ ipsi debeo, ac proinde titulus indigentis extremæ ad eandem summam debitam aliunde soluendam me obligat: sicque titulus vnus supra alium cadit: ac proinde eiusdem summæ solutione duplici etiam ex iustitia titulo satisficio.

10. Denique opponis. Debeo centum soluenda post annum. Solutio nunc ex gratitudine etiam ob beneficium à creditore acceptum. Satisfactio vtrique debito, & iustitiæ etiam: nam licet pro nunc non debeam: nunc tamen debeo. Ergò eiusdem centum duplici titulo, & gratitudinis, & iustitiæ satisfactio ex eius quidem rigore: ergò satisfactio è rigore iustitiæ ex debitis alio titulo fieri optimè potest. Resp. solutione anticipata meo casu iuri meo cedere, ac lucro fortasse ex vsu pecunie aliis retinenda: quibus anticipata mea solutione ex gratitudine satisfactio, cui minimè satisficere me centum illa die solutioni statuto, ac non anticipato soluerem, obligationi è rigore iustitiæ si ad totidem soluenda ex gratitudine præsertim probatam hæc doctrinam. Ea verò vera ad eam est, vt etiam si res debita infiniti valoris sit, si tamen sit multiplicabilis totaque vno titulo debeat illa eadem, ei, & titulo alteri nequeat è rigore iustitiæ satisfieri, vt docet Valq. 76. contra Soarium proximè obferuabat: qui si totus Valor, etiam infinitus, titulo iustitiæ, vel virtutis alterius solutioni impenditur nihil restat, vt debito cuiusvis alterius virtutis satisfiat, vt dicebamus n. 9. vbi & alias rationes eius veritatis adieciimus: sin autem res cuiuscumque valoris immultiplicabilis sit, duplicique titulo æquè primo debeat, tunc quidem tituli, licet vnus supra alium non cadat, quæ est replicatio formalis de qua n. 9. materialiter replicantur, eiusque redditione vterque titulo fiet satis, & si vterque iustitiæ sit. Cum enim rei illius, cuiusvis valoris impossibilis sit, multiplicatio nullius ius, titulus esse potest, ex quo quis ad multiplicationem teneatur impossibilis. Oportunè verò aduertendum hic erit, quod est ex dictis proclive, rem, quæ tota iam debetur vno tit. denuò pro alio, seu debito alterius obligari. Si enim tota res illa, quanta est satisfactio prioris debiti impendenda est cum pro illo satisfiat, quidnam debito nouo seu alterius relinquatur, vt pro illo creditori à fideiussore fiat satis? Est igitur satisfactio illo nouo debito, duorum: atqui vbi est impossibilis satisfactio, est impossibilis obligatio: ergò, & obligatio rei iam debita adæquate vno titulo pro nouo alio, seu pro debito alterius.

11. Animaduertendum tamen est discrimen meriti à satisfactioem iusta, non solum ratione iniuriz, quam hæc supponit, sed & æqualitatis cum debito, quam hæc etiam dicit: secus meritum adhuc condignum

condignum: quod, licet magnam dicat proportionem, nõ tamen strictam; atque ad æquum, ut aiunt, cum præmio æqualitatem. Vnde fit, ut satisfactio pœnalium operum iusti in hac vita meritoria, siue ex dignitate etiam operantis quemadmodum, & meritum, desumpta iusta & rigorosa non fit, nec dicat cum debito exactam æqualitatem, sed solam ex æquo & bono proportionem: licet, quia Deus ita illa se placandum promisit, ut nihil ultra illarum exigeret, pœnarum satisfactio dicatur. Differunt secundo: quia è rigore iustitiæ satisfactio, se ipsa debitorum extinguit sine vili siue antecedenti, vel subsequenti acceptatione creditoris: ita, ut velit, nolit creditori debitum, & incuria cesset, ac ius illi creditori questum, ut nihil ultra ex illo exigere sine debitoris iniuria ab illo queat. At verò meritum, & satisfactio meritoria condigne etiam, de se non ita cum præmio, aut debiti extinctione connectitur. Potest enim Deus absolute, atque ex rei natura loquendo præmium meritis condignis denegare, atque eiusmodi satisfactio debitorum non remittere; licet ex suæ promissionis fidelitate neutrum possit. Tandem tota quæstionis presentis difficultas est de satisfactioe ex iustitiæ commutatiuæ rigore, quam hæcenus explicauimus. Punctua enim non satisfaciens, qui solum in ea satis patitur, sed punientis est, sicut, & distributiua præmiantis, si quæ vero, circa has etiam, difficultates occurrerint, controuersæ de merito, & satisfactioe Christi obiter expediuntur.

CERTAMEN II.

Negatiua nostra conclusionis probationis nonnullæ statuantur.

Aniquiores Thomistæ apud Vasq. d. 7. c. 5. Aureolus in 4. d. 15. a. 3. ad Aureoli, & Vega super Tridentin. c. 8. quos sequitur Aluar. de Incarnat. q. 1. a. 2. docent Incarnationem necessariam fuisse, ut satisfactio pro peccato è iustitiæ rigore Deo exhiberetur. Hi tamen rigorem iustitiæ pro iuris feruitate, in qua nulla fit remissio ex quacumque virtute debeat, ac satisfactio usurparet, ut docet obseruat vasq. citato cap. num. 37. Drig. tamen sensu eam sententiam tenent. Soar. d. 4. lect. 5. Ragusa. d. 20. Valencia, Enriquez, & Granad. quos sequitur Bernal. d. 7. lect. 1. n. 2. Petrus Hurtado, Albertin. Tanner. & Raynaud. quos citat, & sequitur Ripalda t. 2. n. 84. lect. 1. & 5. His ex parte adherent Recentiores memorati à Bernal. num. 3. asserentes Christum pro ante actis ipsum peccatis non potuisse ex rigore iustitiæ satisfacere: quare ad eiusmodi pro illis satisfactioem incarnationem necessariam non fuisse, sed inutilem. Pro subsecutis vero potuisse Christum satisfacere: quia pactum, & promissio Dei, ex quibus satisfactio è rigore iustitiæ pro peccatis essentialiter pendet, quæque non nisi cum existentibus sunt, ad Christum iam existentem esse potuerunt: quare incarnationem necessariam fuisse ad eorum peccatorum è rigore iustitiæ satisfactioem, quæ solummodo ab homine Deo poterat pro peccatis exhiberi. Sed enim cum posterius tempore prius causalitate, & natura esse possit; vana est, & distinctio. Maxime cum Deus decreta existentia Christi pro priori natura potuerit durationem hoc, vel illo tempore anteriori, vel posteriori decernere. Secundo testimonia Patrum quibus hi Recentiores vtuntur de omnium peccatorum, præcipue Adami, ante Christi aduentum peccatorum satisfactioe manifestè loquuntur, quare de satisfactioe pro anterioribus, vel pro nullis probant. Hoc argumento reiciuntur alij probati Cardinali nostro Lug. d. 3. lect. 3. n. 55. qui ad satisfactioem pro peccatis, quæ in Dei famam, & honorem militant (cuiusmodi sunt de Deo detractio, & contumeliosa blasphemia) è rigore iustitiæ necessitatem incarnationis defendunt; secus ad satisfactioem eiusmodi pro aliis. Etenim Patres, qui ad sa-

tisfactionem ex iustitiæ pro peccato incarnationis necessitatem innuere vel sonare videntur de satisfactioe pro peccato vniuersim loquuntur nulla memorata peccatorum differentia: imò speciatim pro peccato Adami, quod eius generis minimè fuit. Secundo si nostra de Deo existimatio, & opinio, quæ ipsius fama, & Honor apud nos est in vobis Dei bonis, quorumque iactura læsionem, & iniuriam computanda sit, in quouis peccato vera Dei læsio in honore intercedet: sicut in iudicis, & Principis honore quoties alterutrus leges & præcepta coram ipsis violantur.

Lugo idem ibidem, licet absolute doceat de facto Christi satisfactioem ex iustitiæ non fuisse multis de causis, quas suse persequitur. d. 9. n. 13. 2. à §. Hoc supposito, docet tamen potuisse esse de rigore iustitiæ, si Deus ex potestate supremi dominij, non autem ex alia potestate iurisdictionis supremæ hominum opera exegisset. Etenim, etsi contra Deum legislatorem operando vel omitendo nil iniuriæ propriæ ipsi irrogetur, sicut neque contra Principem cum eius leges transgredimur; at vero, si ex proprietate proprietatis, & Dominij in nos diuini aliquid à nobis exigeret, à nobisvè Deus prohiberet, quod contra vel operaremur, vel omitteremus iniustitiæ peccato strictè delinqueremus; pro quo proinde Christus è rigore iustitiæ posset satisfacere, quod autem hæcenus è sola iurisdictionis potestate opera ab hominibus exegerit Probatur: quia præceptis, legibusque, quæ à potestate iurisdictionis proueniunt, ea semper exigit. Nec refert, inquit, quod præceptis suis sæpè addat. *Ego Dominus.* Eo quippe homines potestas iurisdictionis legislatoris Principis explicari consuevit: imò, & legislatoris Dei Apocal. 19. Psalm. 118. & 118. consentit huic Doctrinæ citatus Ripalda; ego vero secus. Atque, ut mittam, an dominium proprietatis Dei præcipientis iustitiam vel iniustitiam in actionibus creaturarum fundare queat: contra quia, ut modo dicebam peccare contra legem coram legislatore, præcisè qua legislatore iniuria, ac læsio ipsius in honore, & contra iustitiam in ipsum est: licet Dei leges de facto à potestate iurisdictionis proueniant coram ipso contra illas delinquimus: ergo de facto in ipsum contra iustitiam iniuria, & læsione honoris peccamus. Secundo cum ipse ibidem in omni mortali aliquam esse Dei dehonorationem, ac d. 5. n. 97. irreuerentiam grauem esse irreuerentiam in Deum & contra religionem admittat, quæ ipsissima dehonoriatio Dei proculdubio est, id subterfugere minime potest, neque esse in honorationem grauem negare: contra tertio: quia Luca 17. dicitur: *cum feceritis quæ præcepta sunt, nobis dicite serui inutiles sumus.* A quæ Cyril. in catena S. Th. *Deus petit à nobis famulatum; famulatus vero, ac seruorum officia non nisi ex iure Dominij proprietatis præcipiuntur à Dominis.* Et Augustinus ser. 3. de verbis Domini. *O magna bonitas Dei! cui pro conditione reddere debebamus obsequia, sui serui Domino famuli Deo, mancipia Redemptori, amicitiam nobis reppromissit, & præmia.* Ergo præcepta operam, quæ in nobis præmiaturus est Deus, non tanquam in subditos solum, atque è potestate iurisdictionis, sed tanquam in famulos, seruos, & mancipia, atque ex Dominio, & potestate proprietatis diuinæ prodeunt: quare nostra omnia peccata illis aduersantia iniustitiæ strictæ contra Deum in his principiis erunt. Tertio potestas iurisdictionis ad seruorum operas exigendas in creatis pars est Dominij creati, quod ad plura alia se extendit: ergo in Deo non distinguetur non solum adæquate, sed neque in adæquate adhuc formaliter. Etenim ut sæpè docuimus quæuis formalitas potestatis diuinæ indiuisibiliter est potestas ad omnem suum actum, & obiectum, seu terminum, ut generaliter controuersæ de attributis diuinis, ac speciatim de omnipotentia ibidem ostendimus. Denique, licet Deo adfite etiam potestas alia iurisdictionis increata omnia, cum intimatio voluntatis Dei ad creaturas ex Dominij proprietate præceptis, vel legibus satis esse queat, imò esse aliter nequeat, neque aliter etiam esse intimatio queat ex potestate, iurisdictionis vnde probas ex hac potius, quam

quam illa eiusmodi præcepta, & leges adeo prouenire ac non potius ab vtrâque?

3. Nostra conclusio negat necessitatem incarnationis ad satisfaciendum Deo è rigore iustitiæ pro peccatis nostris. Traditur à Vasq. d. 7. & 8. ex iis, quæ statuerat. l. p. d. 85. c. 4. d. 86. & 1. 2. d. 2. 3. Molina l. p. q. 21. a. 1. Lessio de diuine perfectionib. c. 2. ff. 12. Becano de incarnatione. c. 15. Maratio. l. 2. tract. de iust. d. 14. sect. 3. Torres de iust. d. 3. dub. 5. ac de pœnit. d. 6. dub. 3. Gaspare Hurtado d. 1. dif. 20. Bernald. d. 7. à num. 8. Lugo absolute d. 3. 4. & 9. à num. 132. hunniga manuscripto de incarnat. ac nobiles quisque nostræ Prouinciæ Recensoribus, à Lorca demum Vazquianæ doctrinæ insensissimò. Probatur primo cui nequit fieri proprie iniuria, siue in bonis læsio actione, vel omissione praua nequit fieri è rigore iustitiæ pro eis satisfactio, quæ illam essentialiter supponit ex dictis cert. 2. n. 1. aut Deo praua nostra actione, vel omissione, nequit fieri iniuria, vel læsio propria in bonis ipsius: ergo neque Deo fieri pro illis potest è rigore iustitiæ satisfactio: ergo neque ad illam pro eis exhibendam necessaria incarnatio fuit. Patet consequentia postrema: quia nullius necessitas, imò nec condicentia ad impossibile esse potest. Minor probatur ex Job. 22. *quid prodest Deo, si iustus fueris? aut quid ei confers si immaculata fuerit uita tua?* ergo, cum nobis per peccatum iustitia perit nihil boni, quod Dei inter sit, auferitur: vt c. 35. explicatius dicitur: *si peccaueris, quid ei noceris? & si multiplicata fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum?* dices uerba esse amicorum lobi errantium sapè. at eis uerbis non errasse ratio à priori conuincet item Lucæ 17. *cum seceris, quæ præcepta sunt uobis dico: serui inuiles sumus: quod debuimus facere fecimus.* Ad quæ Beda: *uultus: quia Dominus bonorum nostrorum non indiget ex qua non indigentia creaturarum essentiali Deo, quia Deus est, sibi sufficiens dicitur esse & Deus Psalmo 15. Deus meus est iusquæ honorum meorum non eger. iterum eadem minor à priori monstratur. Deus è conceptu suo est nullo egens, sibi que sufficit ut ad esse, tum ad bene, ac feliciter esse: atqui si nosti a de Deo opinio, siue extrinsecus honos in bonis proprie Dei sit, & cuius iactura per peccatum Deus lædatur damnumque strictè recipiat, aliquo creato ad bene saltem egeret, nec sibi sufficeret, nulloque creato indigeret. non esset ergo extrinsecus noster Dei honos, qui peccato auferatur, non est in bonis propriis Dei, & cuius iactura damnum, & læsionem propriam Deus recipiat. confirmatur, quia è conceptu suo Deus non minus, est summe perfectus in esse beato, & foelici, quam in esse physico, & entitatio: Atqui è conceptu summe suæ perfectionis in esse physico, & entitatio nequit in ea crescere, aut minui ex accessu, vel recessu creaturarum: ergo ex conceptu summe suæ perfectionis in esse beato, & foelici nequit in ea crescere, aut minui ex accessu vel recessu honoris creati uirtutibus, aut peccatis nostris: quare neque his lædi proprie, damnum uè pati potest, quæ robusto huic nostri Vasquez argumento aduersarij respondent ocludemus dum eorum argumentis respondeamus. Sed, licet hoc adeo certum non sit probabile saltem est Deum nostris peccatis non lædi, neque in eis iniustitiam contra Deum contineri: ergo qui cum ea probabili opinione peccat contra iustitiam realiter formaliter non delinquit: cum nemo ni existentia, seu conscientie dictamine contra uirtutem aliquam peccare queat. ergo nec pro eiusmodi peccatis satisfactio è rigore iustitiæ: quæ non nisi pro iniustitiæ peccato est, esse queat: ac proinde ad satisfaciendum pro illis è iustitiæ rigore necessaria incarnatio erit.*

4. Probat idem Vasq. secundo d. 7. c. 8. n. 28. admissa uera Dei læsione peccatis nostris: quia vel tunc posset homo pro illa Deo è rigore iustitiæ satisfacere, vel non posset: si posset, ergo ad eiusmodi satisfactionem necessaria incarnatio non fuit si non posset; ergo nulla erat obligatio, aut debitum eiusmodi satisfactionis: cum nemo ad impossibile teneatur doctorum omnium sensu, quæ ex testimoniis apprehensione. Nec

refert nos obligari posse ad actum charitatis, aut alium supernaturalem ex Dei præcepto, quem nostris uirtutibus non possumus quouque enim gratia nobis Dei, & comprincipium supernaturale addit, ut possumus obligari ad illum, teneuere adhuc ex præcepto non possumus. Hinc obligatio soluendi ex impotentia accidentali soluendi, auferatur, iusque pro tunc perit recuperandi creditor: unde ex essentiali impotentia, vt in nostro casu soluendi, aut satisfaciendi ex iniustitia obligatio eius satisfactionis erit absolute, & essentia sua impossibilis: ergo & correlatum ius creditoris ad exigendam illam à legere impossibile erit: neque enim uerum ius ad chymericum, & impossibile debet, obligationem, & satisfactionem est possibile adhuc radicaliter. Atqui satisfactio è rigore iustitiæ essentialiter supponit ius strictè creditoris, & obligationem, seu debitum satisfaciendi in debitore: ergo pro nostris peccatis nequit esse ex rigore iustitiæ satisfactio. Dices obligationem soluendi ex rigore iustitiæ, quare, & satisfactionem nobis, quidem esse impossibile, aut possibile esse humanitari Christi fideiussoris nostris: sed contra est: quia satisfactio ex iniustitia nequit esse, nisi pro debitis ex iniustitia: ergo si nostra debita peccatorum, iusque, quod contra nos habet Deus ad satisfactionem iustitiæ non sunt, absolute nec Christi satisfactio pro illis iustitiæ esse poterit, sed ex alia qua uelis uirtute nos ad satisfactionem teneri. Patet: nam fideiussor nostræ, seu principalis debitoris obligationem subit, quod si ipse uelit ex iustitia cum creditore de satisfactione mei debiti pacisci non pro meo, sed pro suo debito ex iniustitia satisfaciatur. Respondet Soar. d. 4. sect. 6. Christum pro hominibus, ut eorum caput satisfecisset, unicumque moraliter cum illis: in quo satisfactio è rigore iustitiæ fuit nobis possibilis: sicut & transgressio in Adamo tanquam in capite, & uno nobiscum moraliter possibilis nobis fuit contra: quia uel vnitas capitis Christi satis est, ut debitum fideiussori peccati moraliter sit absolute sit Christi, uel non? Primum nisi blaspheme dicere queat: secundum semper relinquit debitum, & offensam Dei in nobis, in quibus è rigore iustitiæ satisfactio, sic ut neque debitum, & obligatio, esse nequit. Secundo, quidquid de possibili sit, de facto non ita fuerunt hominum voluntates in Christo ad satisfactionem, sicut in Adamo ad transgressionem: Alioquin, sicut per Adami moraliter nostram transgressionem non gratis, sed ex meritis punimur, ita satis & iustificatio nostra ex meritis, nobis etiam, ac non gratis ex mortis Christi esse: quod est erroneum. Tertio, licet voluntates nostræ collocarentur in Christo ad satisfactionem, sicut in Adamo ad transgressionem fatique id esse ad moraliter nostram elicientiam operis satisfactorij non autem ad dignitatem operis satisfactorij ex dignitate Christi capitis, necessariam ad æqualem, & iustam satisfactionem pro peccato. Etenim quatenus nostra illa opera moraliter erant non dignificabantur, vnione seu Deitate Christi physice ipsa elicientis. Siquidem dignitas, qua opera eleuentur ad meritum præmij supernaturalis, seu remissionis peccati est dignitas physice inherens elicienti: alioquin ad condignam & iustam satisfactionem pro peccatis incarnatione, ac physica vnione personæ diuinæ, ad humanitatem operantem opus non esset contra hos Doctores quod si dicas satis esse ad dignitatem tribuendam moraliter operanti, moraliter ei assistere dignitatem capitis physice operantis contra primo, quia per collocationem uoluntatis alterius in alio, ut moraliter physica huius operatio æstimeretur alterius non est communicatio moralis adhuc dignitatum, ut patet in legato & procuratore cuius actiones nomine, & persona alterius non ex horum dignitate æstimantur, sed eorum ex quorum personis causam, uel legationem agunt. Quod secus habet in transgressionem, & peccato, quod sicut solam operis elicientiam requirit: ac proinde quod satis est, ut moraliter physice alterius operationem prauam eliciamus satis est, ut moraliter transgrediamur, & peccemus contra. Secundo quia alias ex conuentione aliqua fieri posset, ut opera nostra moraliter

Iste Christi, aut personæ alterius diuinæ dignitate physice extrinseca nobis dignificarentur, ac sine incarnatione, aut operibus humanitatis Christi iusta pro peccatis exhiberetur Deo à nobis satisfactio contra Doctores aduersos iam vero, quod opera humanitatis Christi prout ipsius physice, non autem prout moraliter nostra dignitate vnionis hypostaticæ, seu Deitatis ad illam satisfactioem dignificentur nihil præstat pro solutione, quam impugnamus: quia vt sic opera satisfactoria Christi Domini nostra non sunt.

CERTAMEN III.

Eiusdem negatiuæ sententiæ probatio-
nes aliæ.

Ceterum, vt præfata conclusioni nostræ argumenta non adessent ex multis aliis capitibus ostenderetur satisfactioem Christi pro peccatis nostris à rigore iustitiæ esse non posse; ad eamque necessariam proinde incarnationem non esse, sed profus inutilem. Primo quia satisfactio hæc est honoris Dei nostris peccatis læsi: atqui satisfactio è rigore iustitiæ honoris læsi nequit fieri nisi à persona determinata læsori: ergo non potest exhiberi à Christo pro nobis lædentibus, seu læsoribus. Minorem constat ex dictis cert. 1. n. 7. confirmatur: deo Domino equi furto retenti nequit satisfieri per summam valoris, etiam maiorem, quia Dominus equi ius habet ad illum: atqui læsus in honore nostris peccatis Deus ius habet ad recuperandum honorem determinatè à peccatore: ergo è rigore iustitiæ, ac sine vlla iuris diuini remissione non potest Deo satisfieri à Christo pro peccatore. Nec valet recursus Soarij, & Ragulæ d. 2. §. 2. ad satisfactioem peccatoris in Christo tanquam in morali eius capite proximè impugnatam. Secundo in ipsa constitutione Christi in caput ad satisfactioem pro nostris peccatis iuris contra nos diuini remissio intercedit vt sæpe diximus, fusiusque iterum ostendimus. Respondent rursus Salmantini Recentiores, quam par fortis sit, confidentius: impotes satisfaciendi peccatores vniuersi, vt Christus potens satisfaceret: sique voluit à debitoribus nobis fuisse satisfactioem per aliquam alligationem nostrarum voluntatum in voluntate, Christi satisfacturi. Sed contra quia vel per hanc alligationem voluntatum fit Christi satisfactio nostra moraliter, vel non? si extremum hoc voluit solummodo à nobis erit, non voluntaria, & propria, vt necessario futuram contendimus admittuntque recentiores, vt ex rigore iustitiæ sit, sed solum velità; si primum, licet nostra moraliter tunc satisfactoria Christi opera essent non essent nostra qua satisfactoria: quia non dignificarentur dignitate Christi physice operantis, sed nostri qui moraliter in ipso operamur vt patet ex dictis certam. 2. num. 4. rationibusque ibidem datis, & exemplis legati, tutoris, & procuratoris, quæ iidem admittunt. Nec adest eisdem effugium ad actum, & beneplacitum Dei de satisfactioem Christi pro nobis ante satisfactioem, vel in initio, vel habitu, quod præclusimus cert. 1. a num. 8. Maxime, cum eiusmodi pactum non ob Dei læsi nostris mortalibus commodum, sed ex nostri amore, atque ob commodum nostrum inquit adeo fuerit secundo satisfactio ex iustitiâ nequit esse ex bonis creditoris, vt docebamus cert. 1. a num. 3. atqui satisfactio Deo pro peccatis, nostris humanitatis vnitate hypostaticæ Deo nequit non esse ex bonis creditoris: ergo nequit esse satisfactio ex iustitiâ. Minor probatur: quia tota condignitas satisfactioem humanitatis Deo hypostaticæ vnitate desumitur ex dignitate Dei seu personæ diuinæ offensæ, & creditoris ad satisfactioem pro peccato: ergo condignitas satisfactioem ab ea exhibitæ est ex bonis Dei creditoris offensæ, ab eoque dati humanitati cum ab eo vnione hypostaticæ donatæ: dices monetæ valor.

Ultra intrinsecum æris à Principe datur, eoque ex iustitiâ rigore ipsi soluitur: ergo licet satisfactioem ab humanitate vnita valor condignitas à Dei persona vnita proueniat, ipsi tamen ex iustitiâ pro peccatis satisfier. Sed tamen, licet valor ultra intrinsecum æris à voluntate, Principis proueniat, vt Princeps, atque ex potestate iurisdictionis, ei tamen non soluitur, vt Principi, sed vt priuata personæ, sicut aliis populi hominibus, ac proinde non magis ex bonis Principis ipsi, vt particularis persona, ac creditor est soluitur, quam aliis: vt priuata enim persona, ac creditor est non dat valorem quod secus in satisfactioem humanitatis vnitate Deo offenso pro peccatis contingit. Nam, qua Deus, & persona diuina, est creditor offensus, & qua Deus, & persona diuina est tribuit condignitatem satisfactioem, vt mittam modo voluntatem Principis non posse iustum valorem supra intrinsecum æris, & laboris, in ea cueda addere: atque insuper eo addito tantumdem esse minoris valoris veri in suis debitis eo superaddito valore monetæ, quantum valoris extrinseci monetæ, qua ipsi satisfaciendum est superaddit: quare æque remittit de debitis, atque auget de monetæ valore, qua sibi soluitur: nam debitum Regalis illa pecunia soluendi est debitum. v.g. sex assium, in quibus valor Regalis vnus est ac proinde fictum pretium ficto debito respondet, ac verum vero sicque iustitiâ debita seruat. Dices secundo, regulam, seu principium hoc, ex quo discurrimus, locum non habere in honoris satisfactioem, qui læsi creditoris dominium non transit præclusi effugium cert. 1. contra Soarium. Dices tertio. Non obest satisfactioem meritiuæ Christi, ex quacunque demum virtute fuerit, quod eius condignitas ab vnione hypostatica, & Deo vnito, & offenso proueniat formaliter: ergo neque satisfactioem ex iustitiâ. Negatur tamen consequentia quia gratia, & liberalitas creditoris Dei meritum non minuit, sed auget ac proinde satisfactioem meritiuæ non obest: obest autem satisfactioem ex iustitiâ, quia in ea est virtualis remissio Dei creditoris. Dices rursus incarnationem fuisse decretam ante peccatum præuisum: pro quo signo, sicut debitum non dum erat, ita neque in ea debiti remissio vlla esse potuit. Sed primo: incarnatione non post peccatum præuisum decreta fuit secundo: constat ex dictis cert. 1. ex scientia sola futuræ inde solutionis debiti posterius contrahendi in donatione creditoris esse virtuale remissionem: maxime cum ex intentione solutionis inde faciendæ res donatur, vt in Dei incarnatione contigit qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est. Dices tandem ingruisse Christum incarnationis motiuum. Sed primò non potuit illud promereri, cum fuerit post peccatum præuisum decreta, meritis remunerandis, quæ sola vera merita sunt, sed fictiis meritis per modum pretij, & solutionis vt ostendimus hic. d. vltima, & controu. de merito Christi item: cum satis sit incarnationem ex scientia futuræ inde satisfactioem pro peccato à Deo donari, vt sit virtualis remissio, iuxta dicta cert. 1. licet motiuum, & intentionem Dei in incarnatione ponenda ad satisfactioem condignam pro peccato Christus fuerit promeritus, non tamen potuit virtuale remissionem pro mereri, nisi promerendo scientiam Dei, quam dubio procul promereri nequit.

3 Aliunde etiam probatur satisfactioem Christi per bona humanitatis opera esse ex bonis Dei creditoris ac proinde cum gratuita remissione virtuali ipsius Non quidem, quia omnia bona opera, in se etiam ipsis, nec solum in auxilio, à Deo donantur, ac proinde ex bonis creditoris Dei fit satisfactio, quæ illis à Christo pro peccatis hominum exhibetur, ac non sine Dei remissione virtuali gratuita. Etenim cum Christi humanitas ratione vnionis hypostaticæ, ius exigentiæ, quasi naturalis habuerit ad omnia dona supernaturalia, quæ homini Deo connaturaliter debebantur, ius quidem connaturale habebat ad auxilia, & sancta opera omnia, etiam ad primum; ac primo opere meritorio elicito, vt pote infinite meritorio omnis præmij possibilis

bilis, ius etiam meritum habebat ad reliqua opera meritoria, & auxilia: quare cum ob ea iura connaturalitatis, & meriti donarentur à Deo, non gratuito, & liberaliter; vti ad gratuitam remissionem oportebat, donarentur. Non inquam ea ratione proba. Sed quia omnia Christi opera debita Deo offensa erant titulo Domini creaturarum omnium ipsiusque erant vbi primum eliciebantur: ergo dum ea in satisfactionem acceptabat nihil non suum recipiebat: ac proinde iuri cedebat suo, quin aliquid in compensationem reciperet. Dices debita Deo esse creaturarum opera, si ab ipso exigantur, si non exigantur, vti plura Christi opera exacta à Deo non sunt. Contra: quia acceptatio mortis oblata, qua Christum pro nobis satisfecisse in primis Patres clamant præcepta ipsi, exactaque à Deo fuit, vti suo loco fufius ostendam. Nec refert, quod Hurtado, & Lugo ex Soario aiunt: nempe exactam præceptamque fuisse mortem à Deo ex potestate, non domini, sed iurisdictionis, & potuisse à Christo peti præcepti relaxationem. Primum enim supra impugnauimus: ac secundum post modum refellemus sed esto: nihil fuerit operum Christi à Deo exactum, & præceptum; exigi tamen potuit à domino illo supremo: ergo, cum non exegit ab humanitate Christi, vti pro peccatis satisfecerit, iuri cessit suo, de eoque remisit, vti contendimus, ac non fuit è rigore iustitiæ satisfactio. Non secus, ac si ius habens ad centum recipienda eo non vatur, vti ipsi debitum aliud soluitur: id quod vim eandem habet, etsi Deus cum Christo pacifceretur se ab illo ea opera non exacturum titulo dominiij supremi. Respondet secundo Hurtado opera creata remote solum debent Deo dum ab illo non exigantur: re autem solum remote debita posse optime debitum aliud proximum ex iustitiæ rigore solui. Debeo Petro ex legato centum, atque ex contractu totidem: potero centum quæ habeo, debitum ex contractu Petro soluere, si ipse ex legato non petat contra: quia legis absolute (conditionare vero solum ad rem non est) centum Petro, ius habet absolute ad centum illa, sicut Deus ad opera creata, ac proinde quin illo gratuito vti nolit, ac proinde de iure suo tunc remittat, nequit ipsi pro debitis ex contractu satisfieri contra secundo quæ exigentia Dei proxima è dominio supremo increata omnia nihil est aliud, quam decretum Dei eiusque concursus ad creata in rerum natura ponenda, vti fufius iam persequar: ergo implicat creatum aliquid à Deo decerni, atque apponi, quin ab ipso ex supremo dominio proximo exigatur.

4 Quod autem nulla præcepti diuini exigentia posita ex solo decreto Dei, & positione creaturæ hæc quantum satis est è supremo Dei dominio exigatur, sub idque Dei dominium veniat: suadet etenim in ea actuali dependentia libera creaturarum à Deo tota actualis earum diuina dominatio, seu dominicum, & actualis possessio fundatur: quia ita ea producit, & seruat cum libere, ac licite possit ea non producere, ac non seruare: vnde & in creatis hominum seruitus, & dominium per imitationem inducta sunt: quare, vti creata dominiij Dei sint, atque ab eo possideantur præcepto, vti à causis secundis ponantur, siue à potestate dominiij, siue iurisdictionis proveniente opus non habent, sed sola sura Deo productione in bonis Dominiij diuini collocantur confirmantur in operibus consilij, quæ eo ipso, quod eliciuntur, suntque in rebus nulla præcepti diuini exigentia independenter à nostra libera oblatione sub dominio Dei sunt quanta in se sunt. Confirmatur: quia ideo opera nostra in nostris sunt, & numerantur, quia libere à nobis eliciuntur: ergo omnia opera bona, quæ libere vult, atque efficit Deus, nec solum permittit eo ipso quod ea vult, atque nobiscum operatur sub Dei dominio sunt: ergo quando humanitatis Christi sua bona opera in satisfactionem pro nostris peccatis offerebat nihil quod sub dominio Dei, atque in bonis eius non esset, atque alias in debitum offerebat, quod maiorem vim contra Soarium, & affectas, cum quibus agimus, habet

cum debitum peccatorum iustitiæ sit, & debitum nostrorum operum Deo sit etiam iustitiæ atque in horum sententia, vti vidimus, re eadem totaliter, & adæquate titulo iustitiæ debita creditori, nequit eidem pro altero debito ex iustitiâ satisfieri illustre: hæc exemplum civile meridiana luce clarius quia iure feruitutis filius feruæ independenter ab huius voluntate sub Heri dominium necessario venit (L. Partum de rei vindic. L. Placuit Cod. de liber. caus. l. idem Pomponius. §. si equum. ff. de rei vindicat. c. dilectus de feruis non ordinand.) licet ferua libera physicè, ac ciuilitè sit ad concubium, & progignendum illum nequit pro illo ferua (v. glossæ verbis in eis iuribus vtar) mater aliquid à Domino ex iustitiâ petere, aut offensam Hero illatam compensare: ergo, quia opera humanitatis vbi primum sunt, independenter à voluntate Christi creata sub Dei dominium necessario veniunt licet libere physicè & moraliter ab ea eliciantur non potuit Christus eis pro nostris in Deum offensis, & peccatis è rigore iustitiæ satisfieri à Deo reponere. Dices ferua potest aliquid à Domino ex iustitiâ pro sibi libero coitu petere, licet non pro filio: ergo, & Christus pro operis honoris sibi profus libera elicientia poterit petere à Deo atque ex iustitiâ pacifici pro nostrorum peccatorum remissione. Negatur facile consequentia. Nam ferua coitus sub Heri dominio non est, neque de eius iure; actiones vero Christi omnes secundum se totas supremi Dei dominiij vult exigunt è Dei iure possunt ac physica earum positione exiguntur à Deo, ac sub eius dominium necessario veniunt sicut sub Heri dominium venit feruæ filius.

5 Recurres primo ad infinitatem valoris operum Christi, vti duobus, & pluribus debitis ex iustitiâ satisfiat. Hoc tamen effugium præclusi cert. i. in illis meritum Christi, quia infinitum, adæquat omnia præmia possibilis: ergo & satisfactio Christi, quia infinita omnia debita possibilis ex iustitiâ adæquat. Distingui possit antecedens, & consequens finita & infinita de se possibilis simul tam præmia quæ debita nego, finita de se possibilis, vel infinitum de se seorsim concedo. Debitum autem dominiij Dei de se infinitum simpliciter est. Secundo admisso antecedenti negando consequentiam. Nam immerito, etiam condigno, sola requiritur proportio, in satisfactione æqualitas exacta cum debito: quare si res tota vni debito necessario impenditur vti quodvis humanitatis Christi opus, atque omnia coniunctim debito supremi dominiij infiniti Dei impenduntur totaliter: quare nihil in ad satisfactionem ex iustitiâ pro nostris peccatis in eis relinquatur. Dices tertio ex Dei pacto opera Christi sub eius dominium etiam esse: rebus autem, quæ sub dominio creatoris sunt, si sint etiam sub dominio debitoris posse satisfieri ex iustitiâ: maxime si eas creditor alias habiturus, nisi in eiusmodi satisfactionem, non esset: vti in operibus Christi Deo contingit, respectu quorum ligatum supremum dominium ex pacto habet. Contra: quia, vti ostendam. q. 3. nequit dominium rei eiusdem in solidum penes duos esse, nec Deus pacto villo se creaturarum dominio abdicare quod inde satis constat: quia eo ipso quod à Deo fiant, atque in re existant creaturæ Dei non esse nequeant. Secundo in re præsentis ablatio honoris Dei est eius offensam per hoc: sola autem positione virtutis honoratur Deus, licet ipsa in satisfactionem honoris diuini à Christo non offerantur: ergo oblatione Christi suorum operum in satisfactionem pro nostris offensis non magis honoratur Deus. Tertio oblatio ipsa opus virtutis est, quæ necessario Deum honorat, quia virtutis actus est: ergo cum reliqui actus virtutis sint independenter à Christi oblatione honorabunt Deum quarto Christus ea oblatione suorum operum suo illo, quali quali, dominio illorum ex pacto quouis proveniente non se abdicat, neque in Deum traducit: ex his constat falso supponi Deum alias honorem illum operum Christi non habiturus nisi à Christo in satisfactionem offerretur. Præter quam quod, qui venditurus erat equam prægnantem nisi sibi esset furto ablata, non recipit

recipit satisfactionem ex iustitia per equum apud latronem ex ipsa p[er]tinet quem alias non haberet, nec sui iuris esset quia eo ipso, quod nascitur ipsius dominio subiacet. Respondet tandem Lugo, d. 4. sect. 3. in læsione honoris, & fama refarcienda parvi referre, quod ex bonis creditoris dominio subiectis, vel alias debitis fiat, cum eis aquè bene honos, & fama in pristinum statum reducitur ut patet in fama domini à seruo ablata, & ab eodem laudibus in eadem materia, & retractatione ferus eidem restituta verum, si ad eiusmodi honorem læsus ius aliunde, quam ex detractione, aut contumelia læsoris, habebat, illo ipso satisfieri ex iustitia pro honore vel fama ablati, sed ultra debitum alias honorem exhibendus anterior est ne quid minus honoris habeat, quam ipsi ex duplici illo titulo debetur: quod si possibilis totus ei aliunde, quam ex læsione, honos, & fama à lædente debeatur, atque independenter à satisfactione habendus necessario sit reparatio honore exhibito obtineri poterit, non autem satisfactio ex iustitia quæ ex bonis etiam indebitis alias læso fieri debet, ut cert. 1. ostendit. Possit autem esse damni reparationem sine satisfactione exemplis aliquor apertis ibidem monstrauimus. Sed est in casu hoc posse esse satisfactionem ex iustitia, non tamen in casu satisfactionis Christi pro peccatis. Etenim si opera omnia ipsius debita ex dominio supremo erant, atque ipsius ubi primum existerent, quo modo ea postea poterant pro alieno debito eidem creditori obligari? Recole dicta à nobis eodem cert. num. penult.

6. Quarto probatur conclusio quia satisfactio ex iustitia se ipsa extinguit debitum independentem à voluntate, & acceptatione creditoris; atque satisfactio Christi non extinguit nostrorum peccatorum debitum independentem à voluntate, & acceptatione libera Dei: ergo non est satisfactio ex iustitia. Maior constat ex cert. 1. dum particulam *æquivalentis* explicabamus. Minor neque ab aduersariis negatur. Dices ex pacto, & promissione Dei non posse non ab illo Christi satisfactionem acceptari, eaque præstita debitum Deo peccatis offenso extingui: quare ea ex parte Christi satisfactionem à rigore iustitiæ defecisse contra quia necessitas acceptandi actus in Deo ex pacto Christi satisfactionem, & huius passivæ acceptandæ ex pacto, & promissione Dei solum est ex fidelitate non ex iustitia: ergo ea necessaria acceptatio, & debiti per illam extinctio ex iustitia non est. Secundo in pacto, & promissione illa acceptandi Christi satisfactionem pro aliis debitoribus sui iuris diuini remissio, quod contra debitores ipsos determinate erat, ut vidimus cert. 1. siue pactum fuerit post debitum contractum. Tertio extinctio debiti per satisfactioem ex rigore iustitiæ ab acceptatione adhuc necessaria creditoris non pendet; sed ipsa satisfactionis eiusmodi exhibitione formaliter extinguitur, peritque iustorum creditoris, ut diximus cert. 1. patetque exemplo apertissimo. Debeo centum: do centum illi, etiam renuente, & nolenti acceptare: extincti debitum illud, & ius Petri contra me. Confirmatur. Nam pone Deum per impossibile satisfactionem Christi non acceptare, debitumque pro peccato, & illius offensam non abolere: cum ergo satisfactio Christi natura sua, ac de se debitum nostrorum peccatorum non extinguat, neque eorum in Deum offensam aboleat, sed solum ex pacto aut promissione Dei tantumdem in his præstitit Deus quantum, si eis non præmissis libere acceptaret iuri suo cedens: ac proinde nequit esse de rigore iustitiæ satisfactio. Respondent Recentiores Salmantini pactum illud onerosum esse, & ex iustitia non gratuitum, ut ad iuris cessionem oportebat: cum pro iuris non exigendi à creditore cessione accipiat Deus ius aliud exigendi à Christo satisfactionem. Cæterum, ut non sit gratuita cessio iuris respectu Christi, est tamen gratuita respectu peccatorum, ut de gratia nobis ex Christi meritis obuenienti communiter docetur; atque à nobis cert. 1. notabatur. Maxime cum pactum etiam illud nostri

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

amore per actum à Deo fuit, ut supra docebamus, atque ex fine nostræ redemptionis, & salutis, non lucra. ac questus. ut sic loquar diuini. Secundo; ut eodem cert. 1. docebamus honor ei non refarcitur alia quam de honorantis satisfactione: quare, & Christi satisfactione, postquam læsus Dei honos adhuc maneret; quod cum satisfactione de rigore iustitiæ omnino pugnat: ac proinde & pactum illud de satisfactione Christi & impossibile, siue de re impossibili: At, inquit, honorem, & famam vnius generis honore, & fama alterius refarciri, & compensari alicui prudentum æstimatione ab alio posse: sicut debitum valoris frumenti oleo, quod alterius generis est, valoris eiusdem ex iustitia compensatur. Sed exemplum esse falsum, nisi enim creditor velit, spontaneè oleum pro tritico debito, eiusve valore recipere ipsi minime satisfacit ex iustitia. Sed exemplo admissio negatur consequentia. Etenim in rebus hisce solummodo æstimatur earum iustus valor: quare hoc solum attento, non autem eius materia damnum illarum poterit ad æqualitatem reparari. Fama autem in vno genere læsa, non magis eius in alio genere augmento curatur, quam si dolenti caput furis malagma applicetur quod ipsum honoratio ab alio, non à dehonore exhibita habet. Alia afferunt exempla, quæ magis è re non sunt.

7. Quinto probatur conclusio: quia satisfactio ex iustitia debet esse ad alterum, iure etiam, ut ostendimus cert. 1. atque satisfactio Christi non fuit ad alium iure: ergo nec fuit ex iustitia si solum contra iuratos Soaristas res esset facile ad alterum nec re, nec iure fuisse probaretur cum actiones humanitatis à persona diuine, tanquam à principio actiuo proximo proueniant: iuxta axiomatis illius Soaristicam, imo & Thomisticam explicationem. *Actiones sunt suppositorum.* Persona enim verbi, nec re nec iure altera adeo offenso est. Sed vniuersum iuxta quamuis eius axiomatis explicationem probatur eadem minor quia, licet in opposita explicatione humanitas satisfaciens physicè sit, ac solum denominatiuè, per idiomatum communicationem diuina verbi persona, atque ut principium dignificans satisfactionem, de quo agebamus cert. hoc argumento 1. est nec humanitas ipsa satisfaciens altera iure adeo offenso est, cuique exhibetur satisfactio: quia Christus qua homo, siue eius humanitas filius naturalis est Dei creditoris offensi, ut certum nobis est ostendereque omnibus conabimur centrou. 6. d. 1. q. 1. ergo non est alter iure satisfaciens humanitas à Deo, cui pro nostris peccatis facit satis. Probo consequentiam quia ideo in bonis fortunæ filius, non emancipatus Religiosus, ac seruus non censetur alteri iure à Domino Religione, & Patre, quia quidquid illorum vnusquisque quia talis acquirit, alicui ex his eo ipso iure acquirit est quidquid honoris humanitas vnita acquirit per virtutum exercitium proprium, vel alienum statim ipso iure Deo acquirit, quia eius filius naturalis, Deo Patri ipso iure acquirit: ergo humanitas Christi non est alter iure à Deo Patre offenso. Minor probatur ex Ioan. 5. 23. *qui non honorificat filium non honorificat Patrem, qui misit illum.* ubi de sua humanitate, siue de se ut homine, quem Iudæi iniuriosus accipiebant, habebant despectum, loquebatur. Confirmatur quia quisquis humanitatem Christi in honorat Deum Patrem ipso iure in honorat, quia filius naturalis Dei est: ergo qui honorat, illum ipso iure, quia filius naturalis Dei est, ipso iure Deum patrem honorat. Dices honorem bene, & laudabiliter operandi proprium esse ita operantis adhuc naturalis filij: quia operis honesti laudabilitas inabdicabilis est ab operante in primis hoc respectu Dei locum non habet: qui in nostris operibus, qua nostris, nostraque laudabilitas sunt laudabilis est: atque, ideo laudabilis in sanctis suis est, ac

V v dicitur,

dicatur, ob rationes supra datas, ob quas nostrorum bonorum operum donator est, acque hæc, nec solum auxilia congrua, quibus fiunt, in bonis, ac beneficiis Dei numerantur, & sunt, licet se laudabilitate propria, honeste operans non abdicet. Secundo non satisfacit Christus operibus humanitatis operantis, quæ ipsam laudabilem formaliter constituunt, ipsiusque honesta opera sunt, sed qua illa ipsa honestas virtutis Dei honos extrinsecus est: sicque eo ipso, quod Filium naturalem Dei pertingunt ipsum honorando, & Patrem Deum pertinent, & è contra, vt Christus Dominus nuper reclusus aiebat. Posset rursus illa minor pñni, Syllogismi suaderi: quia ius creaturæ qua talis imbitum, & implexum, habet ius creatoris ad omnia ipsius opera strictius multo, quam ius serui, filij, & Religiosi ius Domini Patris, & Religionis.

8 Denique probatur conclusio quia scienti, & volenti non fit iniuria, vt Aristotelico axioma obseruabamus cert. 1. atqui peccatum, & offensa Dei ipso sciente ac volente saltem permissiue: ergo Deo non inferitur iniuria stricte, ac propriè nostris peccatis: ac proinde neque in eis iniustitiæ contra Deum peccatum intercedit, neque potest ipsi è rigore iustitiæ exhiberi pro peccatis nostris satisfactio, vt cert. 2. n. 1. dicebamus. Dices offensam Dei fieri à nobis scienti quidem, non autem quantum satis sit, vt iniuria ei non fiat, volenti Deo, qui potius vult absolute, vt peccatum sit, quod permittit contra tamen: quia voluntas permissiua damni in patiente illud licet sibi inferri absolute nolit, sed solum permittat, cum possit eius illationem facillè impedire satis est, vt iniuriam strictam in illatione ipsius ab altero non patiat: atqui Deus, licet absolute peccatum nostrum, sui que offensam esse nolit, tamen voluntate sua permissiua fieri à nobis permittit, cum facillè illud possit impedire: ergo habet quantum satis est voluntatis, vt in nostro peccato, sui que offensa iniuriam stricte non patiat. Maior probatur quia Dominio videnti, potentique absque vilo sui discrimine rei suæ furum, quam sibi auferri absolute, licet non efficaciter, nolit, satis est voluntatis, vt in eius ablatione iniuria non fiat, quia scienti, & volenti auferatur: Dices id in permissionibus creatis verum habere: non autem in permissione, seu voluntate permissiua vniuersim loquendo, pro vt incretam peccati sub se coërcet: quia in voluntate permissiua creata à nobis in exemplum proposita inuenitur voluntas, seu consensus Domini interpretatiuus ablationis rei illius: aut in voluntate Dei permissiua peccati nostri voluntas interpretatiua illius non intercedit; imo neque potest intercedere. Tum, quia summa illius sanctitati repugnatum, quia exigat actum præceptum, hunc etiam numero, vt potest, cum illum omnitti permittit in ea vero exigentia efficax voluntas Dei est erga illum actum: ergo nequit esse voluntas interpretatiua Dei omissionis peccaminosa. Respondetur in Deo non esse voluntatem, interpretatiuam adhuc, peccati, quod patitur ob rationem primam; non autem ob rationem secundam licet enim sit in præcepto Dei, ex quacumque potestate, siue dominij, siue iurisdictionis proueniat, voluntas efficax præcipiendi, exigendi, atque obligandi ad actum, non tamen est voluntas efficax actus præcepti in Deo: ex qua, & permissio transgressionis, & huius imò, & actus præcepti libertas esse impossibilis. Cæterum neque in creatis opus est, vt permissio damni, aut offensa inferendæ sit voluntas eius interpretatiua, ad hoc, vt patiens iniuriam non patiens dicatur, quia volens damnum patitur; sed satis est nolle ex aliquo fine impedire efficaciter; quod sine violentiæ, aut alterius mali discrimine possit, & alias velle, vt pati damnum volens, ac proinde sine iniuria stricta dicatur: id quod in, permissione diuina nostrorum peccatorum contingit instans tamen: cum Deus hunc numero actum sub his auxiliis ex stricto iure, & dominio petit solus homo in causa est mittendi actum, quem non vult Deus

omitti: ergo auferit illum Deo inuito: quod autem inuito auferitur, volenti non auferitur. Nec satis est posse facile Deum alium actum æqualem cum aliis auxiliis ab homine habere, quo huius ablationem sibi repararet si veller. Et enim ius habet Deus ad singulos, & omnes actus: quare nullius acquisitione reparatur damnum abfentis illius determinati, quem iure exigit suo: ac proinde dum alium sibi ab homine parare potest ac non parat non censetur volens huius defectum pati, sed iniustus. Respondetur distinguendo antecedens in causa determinatiua concedo antecedens; permissiua nego antecedens; cum enim exigit hunc actum sub auxiliis sufficientibus voluntas permissiua adest peccati: quod licet Deo absolute, quatenus ex se est nolente, vt peccatum fiat, committatur tamen dum arbitrio nostro partes suis ad determinationem de facto, & cum effectu relinquit, atque auxilia sufficientia donat, cum efficacis, quibus peccatum vitaretur donare facile possit permissiua causa vt sic loquar, peccati est neque eius offensam, licet nolentem violenter patitur, aut strictissime iniustus, ita vt volens permissiue, ac sciens illam pati dici nequeat.

CERTAMEN IV.

De necessitate incarnationis ad satisfactionem de rigore iustitiæ vindicatiuæ secundæ conclusio, & obiectiõnum solutiones.

1 Dico secundo. Ad satisfactionem de rigore iustitiæ vindicatiuæ necessaria incarnatio non fuit iustitiæ vindicatiuæ ad distributiua spectat cuius est æquum seruare in mercede cuique pro meritis, aut delictis reddenda. Hanc vero virtutem propriam esse, licet non adeo strictam, atque commutatiua est supra obseruabamus: eamque Deo adesse ratione, & fide est certum etenim, cum supremus omnium Dominus, Princepsque sit Deus vnicuique pro bene, maleve gestis vicem reddendi ius necessarium habet: quare, & penas delinquentibus pro transgressionum qualitate, & magnitudine iure suo potest: potiori quidem quam iudices, & Principes humani. Huic autem iuri vindicatiuæ Dei respondet in peccatore debitum proportionatæ delictis poenæ subeundæ, quod reatus appellatur: ac proinde ei, quæ in Deo, quæ in Deo iustitiæ vindicatiuæ, actiua est, passiuam vt sic loquar, iustitiæ vindicatiuam in peccatore concernit actiua: illius iustitiæ actus in poenæ æqualis qualitati, & magnitudinali delictorum inflictione consistit, in qua neque excessus sit, neque vlla remissio. Passiua vero actus est eius poenæ in delincente perceptio qua in re obseruatur oportet discrimen inter iustitiæ vindicatiuam vramque inter Deum, & peccatorem, atque inter creatos siue Principes, siue iudices, & reos cum enim creati supremi iudices, ac Principes delinquentium non sint, sicut est Deus, ius sumendi vindictam de peccatis, quatenus illis infensi sunt eorumque odium indelinquentes mouent minimè habent iuxta illud ad Roman. 12. num. 19. *Mibi vindicta, & ego retribuam*; at vero Deus, cum supremus omnino dominus Princepsque peccatorum sit, vindictam de eis sumere iure suo potest non solum quatenus eorum praua opera demerentur, sed quatenus his, si mortalia sint, infensi, atque inimici ipsius formaliter, constituuntur id quod notatum accurate velim, pro iustitiæ naturali eternitatis poenæ damnatis ob mortale, (quod in ratione malitiæ, & offensa Dei infinitum merito censetur) inflictæ demonstranda ex quibus constat demum voluntariæ æqualis poenæ inflictione iustitiæ punitiuam actiuam proprie adeo exerceri: ac voluntaria satis passione poenæ ob peccatum debitæ exerceri etiam proprie,

proprie, & strictæ iustitiæ punitivam à peccatore: quid-
quid Recentiores reclamant.

2. Hypothesis probatur primo conclusio quia deficiente incarnatione vel potest infligi à Deo quantum meretur poenæ peccatori, itaque illud pati potest, vel secus? si primum: ergo sine incarnatione potest esse è rigore iustitiæ punitivæ satisfactio pro peccato; si secundum: ergo non debet illam poenam, nec ius in Deo erit ad illam infligendam ex iustitiâ. Patet consequentia prima. Neque enim ius, aut debium seu obligatio vera ad impossibile esse potest. Infero rursus: ergo nequit esse è rigore iustitiæ vindicativæ, siue actiæ, siue passivæ Christi pro peccatis satisfactio quoties enim debium ex iustitiâ non est satisfactio pro eo exhibitæ ex iustitiâ esse nequit. Recole dicta à nobis, atque aliquorum evasiones, & earum præclusiones datas certam. 2. Probatur secundo conclusio quia ius Principis, ac superioris ad sumendam vindictam pro delicto respicit determinate personam delinquentem: ergo dum alterius poenas respicit in satisfactioem iuri quod in delinquentem habebat, aperte cedit, ac de iustitiâ vindicativâ remittit ergo nulla alterius pro peccatore satisfactio ex iustitiâ vindicativâ strictæ, ac proprie esse potest. Hoc argumento videntur Lugo d. 3. sect. 10. & Bernal. d. 7. sect. 7. Pro eius vero firmitate refricanda eorum memoria erit, quæ diximus cert. 2. num. 5. ab init. & cert. 1. versu *Huc etiam spectat*, & versu *At dicit* ubi esugia præoccupavimus omnia.

3. Contra primam conclusionis primæ rationem. Deus vere peccatis inhonoratur nostris: atqui honor in præcipuis bonis numeratur; cuiusque iactura præcipua aestimatur læsio: ergo Deus vere nostris peccatis læditur. Sed licet honos in præcipuis bonis nostris sit, quia utilis nobis est ad bene esse secus habet respectu Dei: quia nihil noster creatus honos refert: ac proinde neque eo ipsi à nobis exhibitio in bonis augetur, neque minuitur ablato per peccata: quare neque his proprie læditur. Sed contra, tantum Deus exhibitum sibi honorem à creaturis facit ut dicat Isai. 42. 8. *gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus atque univèrsa propter semetipsum id est propter gloriam suam, operari dicatur.* Responderet tantum Deum gloriam, suam scire, quia nobis utilis proprie est, non sibi qua etiam ratione omnia ex nostræ utilitatis sine operari dici optime posset si enim vi sibi vilem gloriam suam in omnibus operibus Deus intenderet nihil nobis ex nostris amore, & benevolentia præstaret: quare nec gratiam, quod dictum est nefas, nobis conferret, sensus autem eius loci germanus est: Deum tantum bonitatis de suo habere, ut ad bona creaturis impertienda earum meritis non egeat iustas, quod alteris vile non est, nihilque ipse refert, non possumus illi ex eius amore præstare, imo neque optare, neque ad id ipsi præstandum tenemur ex fidelitate promissionis: atqui Deo ex eius amore cultum, & per honesta opera honorem optamus, præstamusque, atque, si adfuit promissio, ex fidelitate promissionis ergo ea, omnia vilia sunt Deo. Confirmatur: quia ea omnia dubio procul grata Deo sunt: ergo ad ipsius iucunditatem conducunt. Negatur maior. Satis enim est ut grata sint alicui, quæ illi ex amicitia optamus, præstamus, & ad quæ ex fidelitate promissionis tenemur imò ideo vilia ex eis affectibus, & motibus præstamus, aliis, quia grata eis sunt ac proinde cultus, & honesta opera Deo grata & ex amore optare, exhibereque possumus, atque, si promissa sint ex fidelitate præstare tenemur; non ex iustitiâ, quæ non nisi circa vile versatur. Confirmationem totam nonnulli concedunt, negantque vile ad iucunditatem, quia gratum præcisse materiam iustitiæ esse. Errant vero in utroque. Nam

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

cum Histronibus, & pantomimis signato pretio pro nostra iucunditate ex iustitiâ paciscimur. Neganda ergo est confirmationis consequentia etenim iucunditas Dei sublatis bonis omnibus Deoque gratis operibus nostris, tota perseveraret. Siquidem è sui solius visione, & fruitione tota illi sua à creatis omnino independens iucunditas adest: quæ utpote de se infinita simpliciter ad grata quæ ius creata extrinsecus posita sine ullo tui augmento terminatur: sicut in simili de Dei scientia dicebamus.

4. Opponit Ripalda: Materia capax terminandi arbitrium Dei, qua domini est materia capax iustitiæ strictæ: atqui bona nostra opera sunt materia capax terminandi arbitrium Dei, qua domini: ergo, & sunt materia strictæ iustitiæ. Minor est certa. Probatur maior: quia honestas, quæ est in adimplerem arbitrii Dei, qua dominus est, consistit inæqualitate constituenda cum iure, & arbitrio domini ob se quia imperantis: qua ratione servus iussa humani domini obsequia capeffens omnium sententia ex iustitiâ exequitur. Secundo: quia honestas illa formaliter, quatenus talis non spectat ad obedientiam, vel religionem, aut aliam quampiam virtutem: ergo ad iustitiâ strictam spectabit. Negatur nihilominus maior. Ad primam probationem distingue: cum iure, & arbitrio domini è stricta iustitiâ domini concedo assumptum antecedens; non è stricta iustitiâ domini sed excellentioris, & supremi domini negatur assumptum etenim dominium Dei supremum non est circa sibi vilia, sed circa solummodo ipsi grata: at æqualitas constituenda necessario per iustitiâ strictæ honestatem, cum iure, & arbitrio domini in his, quæ vilia ipsi sunt solummodo esse potest iuxta dicta. Unde servus in his, quæ domini nihil omnino, ad iucunditatem creati adhuc, per impossibile, referent, iussa non exequens contra iustitiâ strictam non peccaret, neque exequens ex iustitiâ exequeretur. Ad probationem secundam negatur etiam assumptum. Spectat enim honestas illa ad religionem, si domini Dei ex quo præcipere creaturis potest vel ratio formalis, vel fundamentalis attendatur: Dominium enim Dei, vel stat formaliter, vel fundatur independentia creaturarum à Deo tantum à causa prima, ut docet Vasq. d. 8. quare, sicut filij iussa patris, à quo esse recepit, exequentis, non iustitiâ strictæ, sed pietas erga Patrem est) ita & rationalis creaturæ exequentis iussa Dei causæ suæ primæ, ac proinde Domini sui debita erga suum, & communem, omnium, ut sic loquar Patrem pietas, ac proprie religio est spectare etiam videt ad obedientiam: ad quam spectat præcepta exequi superioris ex eo enim quod causa prima nos servet ius nobis dicere, ac præcipere potest: sicut ex eo, quod homo bello captos servet, quos iure belli posset occidere, ius dicere in illos quoad æconomica: quare, & hoc ius in dominio fundatur, servisque præcepta veniunt ab Hero ex domini potestate, in hos ergo, quia dominium strictæ iustitiæ est simul & honestas iustitiæ, & obedientiæ in præceptorum executione. Respectu autem Dei cuius dominium circa vile non versatur, ac proinde iustitiæ strictæ non est religionis & obedientiæ, erit præceptorum observatio: & formalis quidem obedientiæ, si fiat, quia præcepta à Deo res est, quæ à nobis observatur, materialis vero si ex alio honesto motivo fiat.

5. Dices: qui iussa sibi à Deo qua dominus est, non exequitur dubio procul detrahit Deo id: ad quod ius verum, & proprium habet: ergo facit contra ius divinum, ac proinde contra strictam iustitiâ peccat: cum nil aliud ad hoc desideretur, quam contra ius verum, & proprium alterius peccare. Negatur consequentia quia peccare contra iustitiâ non solum

V v dicit

dicit peccare contra ius verum, & proprium alterius, sed ius strictum rigorosi dominij, & iustitiæ. Ecce qui superioris iussa non exequitur contra verum, & proprium ius illius peccat, non tamen contra iustitiam: quia ius illud rigorosi dominij, & iustitiæ strictæ non est, quæ solum circa vile esse potest, cum autem ostenditur dominium Dei in creaturas strictæ iustitiæ non esse, nec circa ipsi vile, sed solum circa gratum versari, qui iussa Dei etiam ex dominio non exequitur, contra iustitiam non peccabit, sed contra religionem: quia debitam obseruantiam, & pietatem erga causam primam, & Authorem communem, ac suum non seruauit, ut nuper dicebamus. Deinde contra obedientiam latam, seu potius contra eam virtutem ex qua constituta fuerat lex, seu latum præceptum iustitiam si quis Deum de crimine, aut defectu apud aliquos diffamat tenetur malam de Deo opinionem apud alios sua detractione natam resarcire: at non ex alia, quam iustitiæ virtute: ergo contra iustitiæ virtutem in Deum peccabit eiusmodi detractione. Negatur minor tenetur enim ex pietate in Deum, siue religione; in iustitiâ secundo: qui furatur pallium Dominum invadens, vel domum coram perfringens non solum peccat contra iustitiam ex furto, sed ex iniuria: ergo secluso damno iure vili potest esse iniuria, & læsio contra iustitiam concessio antecedentem, negatur consequentia quia in illis casibus adest læsio in re vili ratione pallij arrepti, sed ratione contemptus, & honoris læsi in modo illud arripiendi, & perfringendi domum coram virtutem domino: qui si abste alterum peccatum contra iustitiam illis casibus non adest. Instabis tertio contra solutionem Ripaldæ argumento datam, & alteri posito. n. 6. quia dominium contra quod ex iniustitia stricta delinquitur est ius viuendi re prohibito sine iniuria alterius eiusmodi autem est dominium Dei increta: ergo Dei dominium est stricte dominium, & contra quod ex iniustitia stricta peccetur cum iussis ex eo dominio non obtemperatur. Respondetur in illa definitione dominij, quæ pro maiori ponitur materiam stricti iuris & iustitiæ concerni rem nimirum domino vilem, vt in creatis omnibus explorato dominij propriis, & strictis liquet: Deo autem nihil ex creatis vili esse potest: quare distinctis iuxta hanc doctrinam maiori, & minori negatur consequentia quo vero pacto iniusti proprie dicantur peccatores constat ex quaestione præfatione iniurij autem Deo, eiusque offensores dicuntur: quia Dei per peccatum insensu, atque obiecta odij offensio, & auersionis diuinæ constituuntur, iustque Dei, siue præceptum, siue dominatum, licet strictæ iustitiæ non sit, pertinet violant.

6 Obiicies iterum obligatio satisfaciendi alicui solum oriri ex iustitia potest atque ex peccato obligatio satisfaciendi Deo contrahitur: ergo obligatio satisfaciendi Deo ex stricta iustitia: ergo quia proprie contra iustitiam læditur peccato Deo contra tamen quia, cum obligatio satisfaciendi ex iustitia continuo obliget semper, & pro semper: ac proinde voluntaria debiti retentione peccetur: continuo peccator contra iustitiam delinquet, quando satisfacere Deo pro peccato nolit: quod nemo Theologorum patitur. Negat consequentiam Soar. d. 15. de poenit. sect. 5. quia eius satisfactionis retentio Deo nociva non est contra: ergo iniustitia stricta non nisi vero nocimento alterius irrogatur, vt contendimus. Secundo: nec in mortis articulo teneretur peccator Deo ex iustitia stricta satisfacere contra Soarium, neque statim ac Deum diffamasset, eius famam resarcire contra eundem. num. 12. Nec foelicus negat illationem Ripaldæ d. 84. n. 18. quia non constat Deum continuo satisfactionem pro peccato exigere à peccatore minusque pie, ac benignè durum se à Deo creditorem præberet, vt continuo illam reposceret. Etenim duriusculâ est poenæ æternitas ob mortale, cuius tamen inflicto Deum eiusque benignitatem, & pietatem non abhorret. Secundo: eo præcisè, quod ablatum in mate-

ria iustitiæ inuito dominio sit oritur in auferente obligatio continuo restituendi ex rei quidem natura: quin expectanda sit noua ipsiati seu læsi voluntas vt ipsi ab illo satisfiat, nisi adit læsi condonatio & remissio: de hac vero in casu nostro non constat: quin potius Deo ad poenitentiam, & satisfactionem pro peccatis sæpe peccatores ex scripturis vocat, clamatque eorum poenitentiam velle: ergo continuo ad illam iuxta aduersarios ex iustitia stricta, & propria tenebuntur. Lugo d. 3. sect. 4. eandem illationem negat: quia cum homo necessarius sit moraliter ad respon. alicui Dei auxilio habet hic honorem æquialenter in sua potestate moraliter quare æquialentis exhibitione non augentur bona Dei contra: quia etiam habet Deus æquialenter ex necessitate hominis ad consentiendum alicui eius auxilio hominis consensum, cum non consentiendo peccat, Deumque peccando inhonorat, & tamen dehonoriatio hæc per se non excusatur ab iniuria: ergo neque negatio compensationis debita ob peccatum admissum ab iniuria, siue iniustitia stricta excusabitur. Secundo licet Deus ex necessitate illa morali hominis ad consentiendum alicui ipsius auxilio, habeat æquialentem aliquos actus non tamen omnes sub omnibus circumstantiis, & auxiliis: atque eis omnibus in omnibus, & singulis circumstantiis, & auxiliis, si elicerentur, pro iniuria Deo illata non satisficeret per se: ergo neque eo modo habet Deus æquialenter honorem ablatum per peccatum: quare eius compensationem in bonis honoris augetur Deus: ad eamque tenebitur homo, & peccabit contra iustitiam strictam si eam exhibeat statim, atque à Deo ad satisfactionem, & poenitentiam vocatur.

7 Denique Recentiores Salmantini respondent primo: non teneri ex iustitia ad satisfactionem inhonoratiōis Deo factæ ob mortale adhuc partialem; quia neque ex parte potest homo honorari Deo per illud ablatum restituere ex impossibilitate vero satisfactionis obligationem satisfaciendi ex iustitia omnino cessare. Admittit in prima solutio iniuriam, & offensam Deo illatam per mortale infinitam è suo genere esse cum è suo genere & conceptu indiuisibili, seu minima sui parte omnem creatam, & finitam satisfactionem possibilem excedat. Secundo recidit hæc solutio in secundam nostram, & Valquez rationem datam cent. 2. n. 4. datam pro impossibilitate satisfactionis Christi è rigore iustitiæ pro nostro mortali, quam hi Recentiores teneant. Respondent secundo: Non exigit à Deo eiusmodi satisfactionem è iure offensæ iure, sicuti neque ex iure supremi dominij nostri bona opera exigit, quia illis non eget. Hoc de exigentia vel non exigentia nostrorum operum à Deo impugnatum iam in Lugo proxime fuit. Secundo qui Deum apud aliquem diffamasset, & teneretur ex stricta iustitia Dei famam apud illum reparare quia ipsius famam contra iustitiam læsit, patet: ac proinde eius reparationem exigere merito censetur Deus ergo, cum mortali quouis Dei honores contra specialem, & strictam iustitiam lædatur per te imo, & diffamatur apud gentes Deus, cuiusque nomen blasphemetur, vt aiebat Paulus. Ad Roman. 2. num. 24. eodem iure, & eius reparationem, & satisfactionem pro peccato exigere censendus est Deus tenerique cum primum possit peccator illam exhibere dicendum est in tuis hisce principiis. Denique horum, doctrina non coheret, & enim diffamatio Dei apud alios mortales est contra iustitiam per te vel ergo pro eo potest Deo ab homine satisfieri ex iustitia, vel non potest? Si potest: ergo pro mortali potest Deo ex iustitia satisfieri ab homine contra statam tuam sententiam. Si non potest: ergo iuxta tuam solutionem primam non debet diffamator Dei ex iustitia

istia vocamur, nedum cum primum possit Dei famam reparare objectionis ergo aduersariorum antecedens ex quorum male ipsi vexantur, nihil ferè continet verum: Maior enim falsa omnino est, etsi enim satisfactionis nomine intelligant aduersarij peccati Deo iniustitiam abolitionem per contritionem, qua Deo vel formaliter, vel virtualiter grati, ac iusti reddantur, quod ipsi satisfactionem esse mordicus negant, potest esse obligatio grauis in peccatore ad illam exhibendam ex gratiæ auxilio, quin sit ex stricta iniustitia, sed ex virtutibus alijs; v. g. ex qua quis animæ suæ æternam salutem procurare tenetur, tenebitur in mortis articulo se Deo reconciliare, atque ad iustitiam per contritionem reuocare. Semelque instituto poenitentiae sacramento ex eadem etiam virtute per illud iustificari in eodem articulo tenebitur, ac rursum ex præcepto naturali diuino; atque insuper ex virtute charitatis in Deum, si velis. Ex duobus autem postremis ad id per sacramentum poenitentiae semel in anno, atque ex præcepto, seu iure naturali diuino, quoties Eucharistiam suscipere voluit iuxta dicta controuersus de poenit. & Eucharistia. Minor in horum principijs est falsa: si quidem satisfactionem pro mortali etiam ex auxilio gratiæ à puro homine iudicant impossibilem; quo iudicio puris hominibus singulis, & omnibus existunt satisfaciendi ex illa virtute pro mortali obligationem, vt nuper dicebamus, atque insequentibus vniuersaliter offendemus.



QVÆSTIO III.

Eueritne ad satisfactionem ex iniustitia positua pro mortali necessaria incarnatio.

SATISFACTIONEM ex iniustitia negatiua pro mortali de qua quæstio secunda, eam diximus esse in eius quæstionis præfatione, qua ius Dei offensi ad satisfactionem pro offensa exigendam ita extinguitur, vt ex eo nullatenus iam de ea agere cum peccatore queat. Satisfactionem vero ex iniustitia positua pro mortali eam ibidem vocabamus, qua ius pariter creaturæ, ac peccatori contra Deum, non solum vt vltierus cum illo ex iure offensa agere deinceps nequeat Deus, siue ex iniustitia illam ab illo exigere, sed, vt eam ab ipso, non nisi contra ius creaturæ, salique omne Deus repossere: an proin non solum sine iniustitia, & iure assensionis, sed contra iniustitiam, & ius peccatoris exacturus esset Deus, si illam vltierus exigeret.

CERTAMEN I.

Negatiua conclusionis probatio, atque aliorum resolutiones reninet.

PRO affirmatiua sententia stant Petrus Hurtado. disp. 12. de incarnat. lect. 5. Ripalda t. 2. de ente supernat. disput. 83. lect. 3. pro nostra verò negatiua præter datos quæst. 2. certam. 2. numero 2. quotquot Deum obligari ex iniustitia creaturis posse inficiantur. Durandus in 1. disputat. 17. quæst. 2. numero 15. & in 2. disputat. 27. q. vbi oppositum blasphemum, & temerarium appellat. Abulensis in id genef. 22. *Propter memet ipsum iuravi.* Stapleton. 10. de iustificatione cap. 10. Panneg. 1. part. quæst. 21. artic. 1. Lessius de perfectionibus diuinis cap. 6. num. 61. Medina 1. 2. quæst.

art. 3. ad 4. post 4. concl. Vasq. rursus 1. part. disput. 85. & 86. & 1. 2. disputat. ducentesima vigesima tertia, Molina iterum 1. part. quæst. 1. art. 1. Nauarrete 1. p. r. 2. controu. 28. Oforius 6. de iniustitia. Lorca iterum 1. 2. disp. 43. med. 2. & disp. 44. Raynaud. 5. de virtutib. num. 104. Probatur quia nullatenus ius creaturæ quæri potest contra Deum: ergo neque ex satisfactionis Christi Domini operibus: ergo neque Christi satisfactio potuit esse ex iniustitia positua: quare ad id incarnatio necessaria non fuerit, sed inutilis. Probatur antecedens, ex quo reliqua inoffenso currunt. Implicat ius quæri creaturæ ad aliquid contra Deum, quin Deus se illius abdicet dominio: implicat Deum se alicuius dominio abdicare: ergo implicat ius quæri creaturæ ad aliquid contra Deum. Maior ex stato iuris principio, quod nequit esse rei eiusdem dominium in solidum, penes duos, & apud antiquos omnes est constans: monstrabiturque contra Petrum Hurtado, & Neothericos pauculos, qui eius sephismate elusi de principij illius firmitate addubitarunt. Minor probatur à Lugo supra, num. 24. quia implicat Deum essentia sua omnium creaturarum dominum famulum fieri creaturæ: atqui, si creaturæ ius ad aliquid quæri contra Deum possit, posset Deus famulus fieri creaturæ: ergo implicat ius ad aliquid quæri creaturæ contra Deum. Maior per se nota videtur qui enim essentia sua alterius dominus absolute est nulla ratione eiusdem famulus esse, concipi potest, quin vt dominus ipseus est eiusdem famulus esse, & sit, & concipiatur, nimirum contradictione manifesta. Probatur minor: quia is, a quo aliquis aliquot operas, vel omnes ad diem, vel ad annum, vel ad vitam rotam ex conventionem potest à iustitiæ rigore exigere proprie famulus ipsius est. Ergo, si creatura ex conventionem, & factio (sine quibus ius ad aliquid quæri creaturæ contra Deum posse aduersarij inficiantur) ius ad aliquid contra Deum adquirit ad plura eodem modo atqui re contra ipsum poterit, ac proinde Deum sibi famulum reddere. Nonnulli hoc argumentum extendunt vt possit eodem pacto seruus creaturæ Deus fieri sed non adeo firmiter discurrunt cum dominio, cui seruitus respondet potestatem iurisdictionis saltem æconomicam importet, quæ respectu Dei aliam continet difficultatem.

2. Probatur secundò prima illa minor: quia dominium intrinsecam, & physicè essentialè Deo est omne dominium, seu dominium vniuersale, non secus atque potentia, & scientia Dei vniuersales, atque omniscientia, & omnipotentia, quæquæ ad omnia obiecta è suo conceptu potentia, scientiæ & dominij Dei extendantur, terminentur, atque indiuisibiliter serantur cum horum quoduis, qua diuinum infinitum esse debeat per denegationem termini etiam extrinseci, vt patet de se, atque hoc tomo, ex controuersis de attributis sæpè docuimus: at si alicuius creati dominio abdicet Deus non manebit Dei vniuersale dominium, seu omne dominium Dei: sicut neque omnipotentia neque omniscientia, si aliquid facere nequeat, vel aliquid ignoret: ergo neque manebit Deus, qui sine omnibus, ac singulis suis attributis essentialibus physicè esse non poterit. Ergo abdicare se Deum alicuius dominio implicat cum existentia Dei. Minor probatur: quia si ius quærat creaturæ contra Deum vt Deus aliquid præster, vel remittat ex abdicatione dominij Dei erga illud iam Deo non erit potestas vtendi pro libito circa illud sine iniuria alterius, nempe creaturæ cui è Dei abdicatione ius erga illud quæsitum contra Deum est: ergo nec erit dominium Dei erga illud, ac proinde neque vniuersale dominium, seu omnidominium rei, & potestas vtendi illa pro libito sine iniuria alterius. Dices dominium essentialè physicè, & intrinsecum Deo non dicere extensionem actualem ad creata omnia, quæ non existentibus actu creaturis procul dubio non est: quare licet non actu ad aliquid non extendatur, vt contendit argumentum, dominium intrinsecum Dei non defecturum. Contra quia, licet

actualis extensio dominij Dei ad creaturas, sicuti & scientia, & omnipotentia diuina Deo essentialis non sit, utpote ab actuali earum existentia pendens. Implicat tamen aliqua esse creaturam ad quam Dei dom. non extendatur, & idem est de scientia, & omnip. respectu suorum obiectorum, seu terminorum creatorum & si enim a creatis non pendeant, utpote diuina, neque illa absolute de se respiciant, tamen, quia infinita simpliciter à suo genere sunt eiusmodi ea attributa sunt, ut ad omnia extendi debeant. Quæcumque sint eo modo, quo esse debent, ut ad ipsa extendantur: unde ex eo quod aliquid verum dicitur ad quod Dei scientia non extendatur, aut aliquid possibile ad quod Dei omnipotentia non contineatur, aut demum aliquid quod sub dominio Dei sit optimè colligitur Deum nec omniscium, nec omnipotentem, nec omnidominum, quare nec Deum esse, ut contendimus. Secundò cum omnidominium intrinsecum Dei, indiuisibiliter ad creatura omnia, quæ fuerint feratur, ex eo quod ad unam creaturam non se extendat non solum omnidominium non erit, sed potius erit nullidominium. Sicut si scientia, & omnipotentia ad aliquid è suis terminis, & obiectis non se extenderet nullis scientia, & nullipotentia foret. Terriò dominium Dei stat, vel fundatur necessariò in libera Dei potentia, quæ res condere, vel non condere, conseruare, vel destruire, sine earum, aut alterius iniuria potest: quare, & vocare ea quæ non sunt, sicut ea, quæ sunt dicitur ad Rom. 4. atque insuper in potentia qua rebus conditis uti prohibito sine alicuius iniuria iure creationis valet: quare licet ad ea quæ nondum creata, neque in se sunt Dei dominium non extendatur, implicat tamen aliquid in se, & productum esse, quod sub Dei dominium non cadat.

3. Dices secundò: ex translatione dominij in creaturam ex Dei permissione eius dominium perfici non perire: quia promissio illa Dei actus secundus dominij est, non minus quam actus secundus potentie liberae, quia actus secundus illius est illam non destruit, sed exornat, licet eo posito oppositus actus poni à potentia nequeat quare sicut ante eius positionem alteruter poni ab illa indifferenter posset: quare licet translatio dominio alicuius rei in creaturam ex Dei permissione ei ius contra Deum quaratur, ut illa pro libero sine iniuria creaturæ ut Deus nequeat, Dei dominium non destruetur quidem, sed perficietur. Cæterum ex promissione Dei de aliquo facta creaturæ, non ex huius iure, sed è sua solum fidelitate præstare illud Deus tenetur, eo tamen permisso, licet promissio, & donatio sint actus secundus dominij, eis tamen destrui certissimum est: Sia ostende, quoniam alio actus ille primus dominij pereat, quam donatione consummata? eis siquidem perit promissario, & donatori ius vendi redonata, ac promissa sine iniuria alterius in quo dominium consistit, quod secus euenit libertati in actu primo, quæ posito etiam actu secundo perseverat, semper enim verum est in actu primo posse poni pro illo priori in eoillo instanti reali durationis actum secundum oppositum, vel positionem vtriusque extremi oppositi nunquam fuit liberae potentie potestas, sed ad alterutrum. Dices adhuc: dominium est ius vendi re in omnem eius usum: atqui alter ex præcipuis rei usus est promissio, & donatio, quibus dominium perit: ergo si in Deo perfectissimum vniuersale rerum dominium est, & erit potestas, ut earum promissione, & donatione pereat ipsi earum dominium, atque acquiratur creaturis. Negabunt vniuersim recentiores, quibuscum pugnabimus certa. de dominis etiam creatis donationem esse actum dominij, quo illo destruitur, cum nullus actus potentie suæ destructiuus esse possit. Respondetur verius admitti increatis dominis imperfectis nimirum, & abdicabilibus minori, negando illam in dominio perfectissimo, atque in abdicabili diuino: id quod facitè suadet vterius, & impugnat obiectio: quia ut numero secundo, arguebam, cum Dei dominium qua Dei, & diuinum est, in omnia indiuisibiliter

feratur, ac proinde ex eo quod ad unum non feratur, perire absolute debeat, fiet planè, ut si ex rei promissione vel donatione ad illam Dei dominium non se extendat, ac feratur, ad nihil aliud feratur: ac proinde circa reliqua omnia nullo actu dominij, aut promissionis, aut donationis eorum Dei dominium peribit. Secundò quia promissio Dei de re aliqua creaturæ facta nequit huic plus iuris conferre, in illam, quam perfecta, & absoluta Dei donatio creaturæ facta non dat ius creaturæ in rem donatam contra Deum, ut eius se dominio abdicet Deus, ut pluribus, & omnibus rerum donationibus factis ad suas creaturas patet: ergo neque promissione Dei de re quapiam facta creaturæ datur huic ius contra Deum, neque hic se illius abdicat dominio.

5. Dices tertio dominium Dei est potestas ad omnem usum rei possibilem, non autem ad impossibilem, sicut omnipotentia est ad producendum omne quidem, sed possibile, non autem impossibile: ergo, sicut substantia, per impossibile, possibilitate creaturæ, licet omnipotentia potestas non posset se extenderet ad illius productionem non conuenit defectus omnipotentie, ita factio impossibili rei vsu ex diuina promissione, non est diuini dominij defectus, quod nequeat ad eius usum pro libero suo sine alterius iniuria extendi: Respondetur: antecessum verum esse de rei vsu absolute & ab intrinseco impossibili, sicut de potestate omnipotentie, quæ non extenditur ad rem è suis prædicatis, & essentia impossibilem & admissio quod assumitur in consequentia à paritate pro omnipotentia, negatur consequentia ad dominium: quia impossibilitas rei possibilis factæ impossibilis per impossibile est impossibilitas rei ex suis prædicatis, & essentia absolute impossibilis; aut postea promissio rei eius vsu absolute possibilis è suis prædicatis est: quare si ad eum Dei dominium non se extendat defectus dominij diuini erit inflatur contra aduersarios paritas sua quia non extensio potestatis Dei ad aliquid, quod è suis prædicatis & essentia non repugnet absolute, & in se sed aliunde esset defectus potentie, seu omnipotentie diuinæ: ergo defectus potestatis ad usum creaturæ de suisque prædicatis absolute non repugnans erit defectus dominij intrinseci Dei insiltes adhuc. Posita Dei promissione de non producenda creatura aliqua huius productio de se suisque prædicatis impossibilis non est, sed extrinsecus ex illa Dei promissione: & tamen quod ad illam non extendatur diuina omnipotentia, non est omnipotentie diuinæ quoad intrinsecum defectus: ergo licet non ex prædicatis & essentia sua, sed ex promissione Dei fiat Deus vsu impossibilis rei promissæ sine iniuria creaturæ, cum sit promissa, ac proinde Dei dominium ad illum non extendatur, non erit defectus dominij intrinseci Dei. Cæterum promissione Dei de non efficienda creatura neque hæc, neque eius effectio extrahatur ab omnipotentie Sphæra, licet eius effectio impediatur, sicut vsus rei promissæ impeditur dominio Dei per promissionem, non tamen à dominio Dei extrahitur, eiusque dominium eiusque ad creaturam transfertur: quod ne intelligi quidem sine dominij diuini aperta iactura valet quid & neque promissione ligatur formaliter dominium diuinum, licet rei promissæ denegatio sit impossibile, quia denegatio promissi solum est contra fidelitatem, à qua Deus deficere nequit non autem contra ius dominij: quare, si de facto, per impossibile, promissa non præstet Deus denegatio circa alterius iniuriam foret, licet non citra infidelitatem. Non secus ac si rem non promissam, decretam tamen absque iniuria alterius non daret, esse non daret absque constantia, & immutabilitatis iustitiam.

5. Dices Dei dominium, & creaturæ respectu illius seruitutem fundari in libera productione, & seruatione creaturæ à Deo cum illam non producere, vel destruire posset, ut Patribus, ac Theologis est in confesso. constatque ex seruitute, quæ dominio creato respondet ex eodicta, atque ducta, quod cum bello capti homines occidendi ab hostibus possent nihilominus seruari, nisi de

inre naturæ, gent. & ciuili § ius autem illis verbis *Bella orta sunt*. Ad quæ Minsingerius, Richardus, cæterique interpretes: atqui posita sua de re aliqua promissione, nequit Deus non producere, & donare, seu remouere quæ promissit non remouere vel contra non remouere non donare, & non producere, quæ promissit remouere, aut non producere, ac non donare promissit: ergo non est libera Deo productio, aut non productio, donatio aut non donatio, remotio, aut conseruatio promissa; quare nulla ex eis fundare potest Dei erga promissa dominium, nec horum erga Deum seruitutem. Respondetur productionis, seu seruationis libertatem, in qua seruati erga seruantes seruatus, & huius in illum dominium fundatur, duplicem esse, & physicam, & moralem, seu ciuilem, vel quasi ciuilem: & physicam quidem non requiri vt ea fundet formalem proximam, proximeque expeditam ab omni impedimento, ex motiuo alio operantis, sed fati esse radicabilem, quæ irrationalibus deficit, & formalem expeditam de se, quæ adest etiam cum agens rationale intrinsecis libertatis constitutus instructus ob sui decentiam, ne scilicet suæ deficiat fidelitati, & promissis impeditur. Alioqui Baptistæ, Isaac, & similibus quos Deus parentibus promissit, Dominus absolute non esset. Moralem autem, seu ciuilem, vel quasi ciuilem potestatem, & libertatem requiri proximè expeditam, vt è rei conditione, ac seruatione dominium, & seruitus oriatur. Hæc autem proximè expedita est circa rem etiam promissam: consistit enim in potestate ponendi, ac seruandi rem, vel secus sine alterius, quæ dubio procul in alterutro præstando ne promissario suo inferretur à Deo, si per impossibile fidelitatis suæ, vel in memoriam, vel negligens non staret promissis.

CERTAMEN II.

Ripalda ac Recentium Salmantinorum euasiones alie præcluduntur.

Ripalda supra respondet de dominio excellentiæ, & ordinario Dei præter exigentiam absolute proptus solumque consuetate bono excellentiæ, & arbitrii diuini rectè dici, & probari non posse obligari creaturis, atque abdicari à Deo posse, secus de dominio ordinario, & naturali, quo iuxta rem naturalem exigentiam, earumque bono consulens operatur. Vtriusque domini distinctionem adstruit exemplo duplicis potentie ordinariæ, & extraordinariæ diuinæ: solutionem verò inde deductam exemplis quæ postmodum reuicemus. Contra: quia dominium Dei è suo genere infinitum est, atque ad omnem creaturarum vsum sine iniuria alterius siue ordinarij, siue extraordinarij indiuisibiliter fertur, vt de eo, & de omnipotentia diximus saepe. Ergo implicat abdicari à Deo dominium ordinarij, non abdicato extraordinario, quod idemmet formale & indiuisibile dominium cum ordinario est quod autem in ordinarij, & extraordinarij dominium, sicut & potentia Dei diuidatur, non quidem potentia, aut domini diuini formaliter, vt diximus, indiuisibilis, sed motiuorum operandi, & vtendi, & non operandi, & non vtendi iuxta naturalem creaturarum exigentiam, vel secus diuisio est. Confirmatur: quia dominium, & potentia Dei non sunt ordinaria de se determinata, sed libera seu liberi agentis ad vtendum ac operandum, vel non vtendum, nec operandum iuxta exigentiam creaturarum: ergo est potestas illorum potestas vtendi, vel non vtendi iuxta exigentiam vel secus: ergo eadem indiuisibiliter potestas domini, & potentie diuinæ terminatur ad vnum, & operationem vel vtriusque negationem non iuxta exigentiam naturalem creaturarum, quod alterum extremum indifferentiæ est, atque extraordinarij vsum, & operationem domini, & potentie diuinæ continet

apertè, quod si dicas libertatem hanc non esse domini, & potentie diuinæ, sed diuini arbitrii, dices bene si de formali loquaris, & proxima non autem de remota; vtrumque enim natura, & essentia sua arbitrio diuino agi, ac dirigi aptum natura est, quin aliter operari, vel non operari queat. Secundò hac solutione probas differenti. dom. & potentie diu. ordinariæ & extraordinarij non in ipsis, sed in arbit. Dei operantis, & motiuis operandi esse, vt modo dicebamus. Sed esto: sint diuersa formaliter attributa Dei ordinarij, & extraordinarij dominium diuinum in creaturas: certè eorum quoduis infinitum in suo genere esse debet: ergo vel neutri poterit subtrahi aliquid ex creat. in que fertur sine præiudicio infinitatis suæ, vel subtrahi poterit sine eo præiudicio vtriusque vel vtrumque, vel neutrum erit abdicabile à Deo. Insuper exigentia creaturarum cui Deus annuit potentia, & dominio ordinario vtens non cogit, vt annuat, Deum: ergo sicut iuxta hanc exigentiam bono creaturarum Deus potest ordinarij suum dominium obligare creaturis, iusque illis in se transferre, atque se illo abdicare, sic etiam bono suæ excellentiæ consulens poterit suum extraordinarij dominium eidem obligare, iusque ad aliquid supernaturale præstandum creaturis contra se ipsum transferre atque extraordinario dominio se abdicare. In eo quippe honestissima, Deoque digna liberalitas elucet. Nec refert dominium excellentiæ, & extraordinarij essentiali Deo esse, secus ordinarij. Nam si pro iure diuino vtrumque usurpetur, vtrumque essentiali, ac necessarium Deo est, si autem pro continentia actuali creaturarum vtrumque non essentiali, sed contingens.

2 Denique: tota hæc doctrina è re non est: etenim id, de quo promissio Christi humanitati facta à Deo horum doctrina: atque in re præfenti dicitur, vt eius operibus satis Deo ex iustitia fecisse defendant, fuit de operibus Christi supernaturalibus, infinite, vt sic loquar valorosis, ac de offensione Dei ob illa remittenda, reconciliandique sibi peccatoribus. Per gratiam, amicitiam, & filiationem Dei adoptiuam: quæ omnia, supernaturalis ordinis ac supra exigentiam naturalem creaturarum, imò & supernaturalem per hoc cum sint, ad præidentiam, potentiam, & dominium supernaturale, extraordinarij, & excellentiæ Dei spectabunt: ergo cum hoc neque à se abdicare, neque obligare creaturis Deus possit, nec Christus potuit ex iure contra Deum, siue ex iustitia positum Deo pro peccatis satisfacere, nec nos ex pacto, & promissione Dei ad Christum aliquid ad salutem firmius sperare poterimus, quasi ex iure cum supernaturalium omnium potentia sua libera priorius Deo, & integra sui que iuris, his etiam positus ipsi permaneat: verum singularis huius cogitationis fundamenta tentemus. Primum erat: Christus duplex dominium habuit: alterum, qua Deus, qua homo, alterum ex quo potuit cum hominibus pacisci, seque illis obligari, licet non ex primo: ergo & Deus ex dominio ordinario obligari creaturis poterit, licet non ex dominio extraordinario. Permiso antecedenti negatur consequentia: quia vtrumque dominium idemmet formaliter, & essentiali Deo est, vt ostendimus. Secundò negatur antecedens. Nam Christi humanitas iure vnionis dominium habet, licet diuino inferius, creatis tamen omnibus superius in omnia creata, quodque creaturis obligare nequeat. Etenim, si longè inferius religionis erga Religiosorum bona dominium nequit eis circa illa ex iustitia obligari, atque abdicari à religione, multò minus longè superiori humanitatis Christi dominio id potuit euenire. Secundum erat. Licet prætor, & respublica nequeant publicam potestatem, qua bono communi propiciunt cui alicui ex iustitia obligare, possunt tamen priuam: ergo, & Deus dominium ordinarij: licet extraordinarij nequeat. Negatur consequentia, tum quia in Deo duplex adhuc dominium non est, tum quia, etsi duplex esset, vtrumque bono communi creaturarum consuleret: quare eadem ratio vtriusque esse deberet.

beret. Tertium erat Deus potest exigere aliquid à creaturis tanquam Dominus proprietatis solum, vel tanquam Dominus solum iurisdictionis: ergo & obligare dominium solum ordinarium. Sed cur non & extraordinarium solum si paritas tenet verum neque vnam paritatis dispicio. Quartum erat: Deus vt author naturalis plura creaturis prestare tenetur, non autem, vt supernaturalis author: ergo potest obligari ex dominio ordinario creaturis, quin dominium extraordinarium obliget. Negatur antecedens. Neque enim tenetur, vt naturæ author stricta obligatione ad aliquid creaturis prestandum naturalibus, neque in his est exigentia exactiva respectu Dei, sed quasi precaria indigentia, ex qua seu iuxta quam illis donat, si vult quomodo etiam supernaturalibus causis, & creaturis plura donare tenetur supernaturalia, quæ ipsis ea facilitate debita à Deo sunt: vnde eo sem modo pro abdicatione dominij extraordinarij tenere contra Ripaldam consequentia, si ex eo antecedenti pro abdicatione dominij ordinarij teneret. Denique dicere aliquis posset: Deum non necessario omnium creaturarum Dominum esse, quare & absque alicuius creati dominio posse consistere. Btenim Deus actionis peccaminosæ Dominus non est: cum eam non possit exigere. Respondetur negando antecedens, & distinguendo probationem. Nequit exigere actionem peccaminosam in eis circumstantiis quibus peccatum non est: nego antecedens in quibus peccatum est subdistinguo ratione suæ diuinæ sanctitatis, & decentiæ fateor defectu iuris, seu quia non posset sine iniuria creaturæ nego. Postea enim eiusmodi actione peccaminosa ad plura sine alicuius iniuria illa vti Deus potest.

3 Recentiores Salmantini Petro Hurtado statim impugnando ex parte consentientes replicatis, an implicatis perfectiones multas discursibus statuunt primò. in eodem instanti donationis inter creaturas, neque in donante, neque in donatario esse plenum rei donatæ, siue acceptæ dominium, quia non est potestas in alterutro ad omnem rei usum pro omni signo naturæ ad donationem redonata sine iniuria donatarij vti queat, neque hic pro naturæ priori ad donationem sine iniuria donatoris: Quare neutrum in eo instanti esse perfectè dominium, seu insolidum, sed ex parte, seu imperfectè. Deum autem perfectè dominium esse ait rei illius, quam ex promissione, vel aliter sub creaturæ dominium posuit, & ad quam prestandam se ex iustitia creaturæ obligauit. Cùm enim ita se obligat creaturæ Deus necessariò habet voluntatem se conformandi libito creaturæ in rei illius vsu pro quouis signo, & duratione res illa creaturæ sit. Vnde omnis rei illius vsus ex libito etiam Dei erit, qui sine iniuria creaturæ proinde erit cùm iuxta eius etiam libitum sit. Cùm insuper voluntas illa Dei se obligandi, atque se conformandi in rei illius vsu cum libito creaturæ libera Deo ex indiuisibili, ac tota simul æternitate qua durat omnino sit, vt per totam æternitatem extrinsecam virtualiter in Dei æternitate contentam, qua creatura ius ad rem illam habet Deus etiam Dominus rei illius perseueret, concludit inde posse esse ex operibus Christi pro nostris mortalibus ex iustitia postitua satisfactionem, quia eorum dominium Deus in eius transfudit humanitatem: cum verò infiniti valoris sint, sit, vt eis in satisfactionem Deus, qua sui honoris nostris mortalibus ablata creditor, imò, & qua Dominus non nisi iniquè, & contra ipsos agere possit cum fuerit iniuria illorum operum Christi exhibitione compensata, & illorum dominium penes Christi humanitatem fuerit, atque ob ea, vt satisfactionem adæquatam placari ex iustitia Deus pepigerit, seque ex iustitia obligarit.

4 Cæterum illam dominij, siue iuris in rem contra ipsum translationem à Deo in creaturam dissectis iam iam à nobis antiquis argumentis probant: quia promissio, atque donatio præcipui actus dominij sunt, & qui perfectè in Deo dominio nequeant deficere. Se-

cundò: quia non obstante summa Dei libertate physica, & morali, qua rem potest donare, vel denegare potest obligari ex fidelitate, vt licet alterutrum facere nequeat sine perfectionis libertatis suæ physice, & moralis præiudicio: ergò non obstante summa dominij Dei perfectione, & potestate vtendi rebus pro libito sine iniuria, & consensu alterius poterit ius parari creaturæ ex promissione, vel pacto Dei in rem aliquam sine præiudicio perfectionis diuini dominij: sed hæc dissecta à nobis sunt vt dixi, & constat ex certamine 5. ex fidelitate enim ligari potest promissione, quin eius sanctitas, & fidelitas, ex qua solum non ex iustitia ligatur peccat, sed magis eluceat; ex obligatione verò iustitiæ dominium essentiale Dei periret, quod repugnat, dominium rei illius à se abdicando, & transferendo illud, iusque contra se in creaturam. Constat item actum secundum libertatis physice in actu primo illum non destruere, sed perficere, vt ibidem dicebamus: quare ad actum secundum dominij per pactum, & promissionem diuinam qua dominium Dei destrueretur pariter non esse. Denique arguit: quia ius quod in peccatore commutare, pacifice ob merita Christi illam non exigere eo titulo officii, & supremi iudicis, ad id se ex iustitia creaturæ obligari, cùm ij tituli accidentales Deo siue, atque ex peccatis nostris ipsi contingenter quasi non essentiales, vt supremum dominium ex quo inquit adhuc tormenta, & pœnalia posset exigere à peccatore; sed verò, vt mittam, quæ falso discursus supponit, suntque affatim questione prima, impugnata quale est illud ius iustitiæ peccatori quantum contra Deum, quod absolutè à Dei libito, qui supremus Dominus est, per se omnino pendet: vsus enim rei ex iure iustitiæ, & dominio est pro libito domini sine iniuria alterius quantumuis reuentis, atque independentè à consensu alterius. Secundò quo quo modo Deus de operibus Christi ex iustitia pacifice poterit, quæ ipsius semper sunt, atque post pactum quoduis sub eius dominio necessariò perseuerant, ex quibus constat inane esse discrimen illud primum dominij necessariò imperfecti pro instanti donationis in utroque, & donante, & donatario creatis, perfectò autem cum Deo donator est. Et enim & creatus donator potest pro illo priori donationis decernere vti re in instanti iuxta libitum donatarij pro signo posteriori donationis: ac proinde vsu rei illius erit pro illo posteriori naturæ pro libito donatoris, vt inde dicebas: sed in neutro ex hac subtilitate probatur perfectum dominium pro posteriori ad donationem: siquidem hoc stat in potestate vtendi re sine alterius iniuria, etiam reuentis, atque independentè à libito alterius, quod Deus non haberet cum eatenus iniuriam donatario non in fere in rei vsu pro posteriori naturæ, quatenus se donatarij sui libito, & consensu conformat.

CERTAMEN III.

Paradoxa, & Sophistica dominij in solidum duorum simul circa rem eandem solutio exploditur.

1 Petrus Hurtado d. 12. sect. 5. argumento à nobis dato cert. 1. nu. 1. respondit maiorem primam probationis antecedentis primi falsam prorsus esse. Putat enim dominium rei, iusque erga illam contra Deum quærit optimè posse quin dominio suo se abdicet Deus: quia

quia rei eiusdem dominium in solidum penes duos esse potest. Probat sophismate hoc quod doctos traxit, vel inuitos; cum Petrus dar librum Ioanni in hoc instanti acceptanti exercet actum dominij, nempe donationem, ac proinde, & illud habet, & Dominus in solidum est. donationis, & acceptationis iure in illo peractæ, quo solum foris titulo dominus in solidum Petrus, & fuerat, & est: ergo datur libri eiusdem dominium in solidum simul penes duos, si reuatis in eodem instanti posse Petrum donare, & acceptare Ioannem. Pone id satis peragi, vt alter de manu offerentis recipiat, non verbis successiuè prolatis, vel donationem inter Angelos peragi duos, imò etfi verbis, & successiuè acceptatio post donationem, ac non eodem instanti fiat cum non nisi non retracta donatione donatoris pro instanti acceptationis peractæ dominium libri à donatario acquiratur in eo etiam instanti donatio, at proinde dominium donatoris perseverat, simul nimirum cum dominio donatarij. Cardinalis nosster Lugo disputatione 4. numero 14. sciens, sed non volens manus huic sophismati dedit. Vnde ex numero 19. deducit pro instanti, quo quis destruit suum palium, p̄iysicè, & moraliter eius dominum esse. Dices item homines, vel Angelos pro instanti eodem alterum alterius, & dominum, & seruum mutuo esse posse, si qui ex eis alterius dominus erat ipsum in instanti illo liberet, seque illi acceptanti offerat in seruam, monstraque id genus alia pacato animo deglucit. Eodem fallaci discursu post multas doctrinæ huius impugnationes in eam tandem multum reluctans, & inuitus trahitur Bernal. disput. 7. section. 7. numero 48. apud quem etiam alij Recentiores. Vvadingo nosster d. 11. dub. 3. §. Dico tertio. In hac doctrina nullam repugnantiam recognoscit: quare rei eiusdem dominium in solidum penes duos simul possibile fateretur: de facto que in satisfactorijs Christi operibus fuisse docet disput. 2. dub. 4. §. 1. vers. dico secundo. part. 2. dicti. sed doctoris huius, atque Christi Hurrado fundamenta alia, cum pro absoluta dominij in solidum simul operum humanitatis Christi penes hanc, & penes Deum inferius eruemus.

2 Ego verò dominij in solidum circa rem eandem penes duos simul sic impugno. Primò ex l. si vt certo. ff. Commodati §. si duobus vbi, vnde Iuristæ, & moralistæ Theologi omnes vique ad Petrum Hurtado, qui reuerendum, ac fixum hoc iuris, & Theologia principium neglexit. cum vel eo saltem discursum illum suum credere, vel suspicari deberet, quod in omni donatione, & contractu emptionis, & venditionis frequentij, ac iuriconsultis notissimo eorum omnium principium cœteretur: in quo proinde statuendo Doctores omnes non nisi scientes, & volentes errare potuissent. Secundo ex ipsa dominij in solidum essentia duobus simul non posse contingere demonstrò: quia illud est ius, seu potestas utendi vt in omnem eius vsum pro Domini arbitrio sine iniuria alterius, etiam reuuentis: vt aduersarij etiam fatentur: at implicat esse eiusmodi potestatem penes duos simul: ergo & esse dominium in solidum rei eiusdem penes duos simul. Minor probatur: Nam vel posset alter è Dominis rei illius ea pro arbitrio suo vt sine iniuria Domini alterius de facto renitentis, vel non posset? Si posset ergo ater Dominus in solidum non est rei illius: quia renitente Domino rei in solidum nemo sine ipsius iniuria vt illa potest. Si non posset: ergo alter rei illius Dominus in solidum non est, cum non habeat potestatem ad rei vsum pro suo arbitrio sine iniuria alterius etiam reuuentis in qua dominium in solidum essentialiter consistit. Hoc eodem argumento ex parte Domini alterius efformato, neque cum Dominum rei illius esse facile demonstratur. Vnde dum rei eiusdem dominium in solidum penes duos simul statuis, penes neutrum esse conuincis. Dices non tenere argumentum, si alter è Dominis Deus sit, qui facile peragere potest, vt Dominus alter creatus rei illius vsum suo prorsus annuat, non reuuar.

R. P. Christoph. de Ortega; de Dei incarnat.

Contra primò: ergo iam dominium in solidum penes duas creaturas simul esse non potest. Contra secundo: quia etiam homo sapiens suo rei vsui alterum Dominum annuere faciet: quare nulla est disparitas. Contra tertio: quia potestas Domini in solidum est ad rei vsum pro arbitrio Domini sine iniuria alterius adhuc reuuentis, nec solum annuentis: cum nuru enim alterius rebus omnino alienis sine illius iniuria vt possumus omnes.

3 Responder Bernal. cit. n. 48. non implicare dominium in solidum duorum circa rem eandem simul, si pro diuersis naturæ signis sint: vt in donatore pro priori ad acceptationem, pro posteriori vero in donatario sed nescio è sola diuersitate instantium, seu signorum naturæ duplex contra dictorium in eodem durationis instanti amice componat etenim sic etiam gratiam, & peccatum simul tempore posse consistere imò de facto pluries coniungi contra se admittit. Maxime cum ipse ex peccato ius in Deo ad satisfactionem, & condonationem speciale admittat, atque obligationem illius exhibendæ in peccatore: quia pro priori naturæ ad Dei condonationem per gratiam, vel ad satisfactionem creaturæ in hoc instanti intelligitur Deus offensus ipseque iniuria creatura; pro posteriori vero, nec Deo iniuria, nec Deus offensus. Contra secundo: quia instantia naturæ non sunt instantia, in quibus, seu verificationis esse vel non esse rei, quod verbo importatur eo enim tempore significatur, non autem instantia naturæ: quare, cum instans temporis idem est ad verificationem essendi, vel non essendi in illo, non minuitur per diuersa naturæ instantia contradictio, siue contradictorium repugnantia: ac proinde neque à nobis assignatorum, in duobus simul rei eiusdem in solidum dominij, & habentibus potestatem per aduersarios ad rei vsum pro diuersis naturæ signis, quam neutri adesse absolute conuincimus etenim quidquid pro naturæ priori, vel posteriori in hoc instanti durationis est, absolute in eo est, quare implicat esse in donante pro priori ad donationem dominium in solidum rei, atque absolute, non esse in hoc instanti durationis: vt ex defectu potestatis vtendi re posteriori natura acceptatione, qua pro illo posteriori donatarij, per hocce est, absolute conuincitur. Nec refert exemplum simultaneæ existentie potentie liberæ cum suo actu, vt cum dominio, donatarij in hoc instanti acceptantis dominium donatoris pro priori ad donationem, & acceptationem perseveret id enim discicimus certamine primo, numero tertio. Atque ad rem presentem non est etenim hic, non est, pugna dominij Dei cum donatione, aut promissione, quæ actus illius sunt: sed formalis etiam pugna dominiorum & potestatum in solidum ad omnem rei vsum, dantis, & acceptantis, quæ pro diuersis signis in eodem instanti asseruntur, in actu primo.

4 Docti satis, & Religiosi complutenses ex nostris Recentiores Petro Hurtado respondent donationem non esse actum dominij proprium formaliter, cum nulla potentia suo destruat actu, sed perficiatur: atque omnium sententia dominium donantis pereat donatione: quare opus non est dominij donatione coexistere, vt Hurtado contendebat. Dicunt ergo donationis potentiam, & principium formale à quo prouenit esse facultatem rationalem, & liberam, qua in prima rerum diuisione libera rei acceptatione, quæ volebat, acquirere sibi, quaque acquirere aliis dominium posset, si veller aliis assumere. Cum enim eius facultatis sit rem liberè destruere, cuius est conferuare: atque à sola libera domini voluntate retinendi, aut negatione voluntatis destruendi dominium hoc conferuetur: à sola rationali voluntate libera domini prouenit

X x

prouenit

proveniet dominium rei donatione, vel alienatione destruere. Confirmat: quia eius facultatis est rem destruere, vel conservare, cuius fuit acquirere, vel non acquirere: atqui solius rationalis facultatis libera futu acquirere sibi in prima rerum divisione dominium. Ergo eiusdem solius erit illud sibi destruere, vel conservare. Itaque ab hac facultate rationali libera, quæ radicale dominium, seu prima huius radix est, & cum donatione simul donatio perseverat formaliter procedit acutius hæc, sed non verius: Etenim donationem actum proprium dominij esse æque est Doctoribus firmum, ac non posse esse eiusdem dominium penes duos simul. Secundo: rei donatio aliquis illius usus est: ergo, & actus proprius dominij in solidum, cuius potestas essentialis ad omnem rei usum extenditur. Tertio: nuda voluntas libera donandi, siue donantis dominio in donum donatio non est: ergo dominium est partiale saltem, principium formale donationis. Quarto: divisus semel rebus iusta rei retentio, & conservatio sine dominio illius non est: ergo potestas liberè retinendi, & conservandi rem post primam rerum divisionem dominij etiam est: ex his duobus postremis constat fundamentorum huius doctrinæ veritatem: atque post primam rerum divisionem, neque ad acquirendum, neque ad conservandum liberè rerum dominium satis esse liberam, quæ tunc sufficit voluntatem: quare argumentum Petri Hurtado præfata doctrina non solui.

CERTAMEN IV.

Eius, & aliorum argumentorum solutiones firmiores.

I Facilius respondeo sophismati facto. Donationem actum proprium dominij esse; at verò opus non esse, ut simul tempore cum donatione perfecta, atque acceptatione consummata consistat, sicut actus physicus cum sua potentia physica consistere necessarii debet. Ratio est: quia principia moralia cuiusmodi dominium donationis principium est, suis actibus, & effectibus coexistere minime oportet, sed satis est, quod immediate absque morali interruptione præcesserint (ut patet in verbis sacramentalibus quorum vix aliquid adest cum suos effectus edunt) maximè verò in iis, quorum actiones ipsorum destructivæ sunt, ut donatio dominij. Sic ergo dominio contingit, ut ex instanti antecedenti donationem, & acceptationem, in quo planè existit in donationem, & acceptationem sequentis instantis, in quo absolute non est, sed solum esset, si donatio per acceptationem consummata adfuerit: quare in instanti acceptationis in donante non dominij absolute, sed sola potestas conservandi negatione donationis, vel illud amittendi donatione consummata ex parte actus primi supponitur, licet supponatur dominium immediate antecedentis instantis ex parte actus primi, tum ad conservandum tum ad donationem, qua consummata pro hoc instanti perit. Id quod in multis aliis usu venit. nam qui se per vota, & religioni, & Deo tradit in hoc instanti, nec sui suorum Dominus in illo est pro vltio naturæ signo. Alioqui, nec turpi desiderio, nec suorum retentione peccaret. Ratio generalis est: quia nihil quod formaliter pugnat cum actu secundo libero supponi potest in eodem instanti reali durationis ex parte actus primi ad illum. Tum, quia actus secundus liber non esset, tum quia absolute non esset ex parte actu primo possibilis cum illud coniunctum actus primi esset illius pro eodem instanti repugnantia: donatio autem consummata & sui, & suorum religioni, vel alteri pugnat formaliter cum dominio, cuius est formalis abdicatio: ergo nequit pro instanti eodem ad actum donationis absolute dominium supponi. Illud autem quod recentiores complectente aiebant: nullum factum suæ potentie destructivum esse posse falsum est.

Potest. n. potentia perfectissimo actu suo, quasi effusa finire: maximè cum res usu ipso dominij consummatur.

2 Inferes ex hac doctrina, donatarium in instanti acceptationis non posse alteri donare: quare eum qui omnia bona sua etiam futura Ecclesiæ donasset nullatenus dominium talenti, quod ipsi postea donaretur acquirere adhuc pro instanti donationis, nisi imaginatum rerum autem à sola Ecclesia acquiri, cui omnia iura sua anticipato donaverat: ut de servo, ac religioso respectu religionis, & hæri omnes farentur: quare miror aliquid inde subsidij pro opposita sententia à Vadingo nostro peti. Instat ex §. Si duobus, & §. Si instrumentum, in futura de rerum divisione, dominij partiale rei vnius penes duos esse potest: ergo totale, & in solidum: quasi idem dominium partiale, atque totale, & in solidum esset. Quin. I. citata, sint certo §. Si duobus, ff. commodati in casu confusionis frumenti duorum in cumulum vnum Dñi pro parte declarantur, neutriq; altero inuito frumenti vltum ante divisionem licere, instat adhuc ex eis iuribus rei eiusdem dari vltum in solidum penes duos: ergo, & dominium distinguo antecedens. Vltum omnem nego, aliquem concedo. Alternis enim vicibus quisque mulo ad arandum, vel iter agendum vti potest, non omnibus ut potest si Dominus in solidum esset, vti ex l. Si non singulis, C. si cert. per. duos eiusdem summa mutuarios in solidum esse posse poterunt simul. Nego antecedens. Solu enim dicitur ibi ex eorū conventionem posse in solidum quæq; agere contra mutuarium, ut soluat: hunc quoque obligat in solidum vtriq; ut quotidie fit, pluribusq; eod. tit. iuribus statuitur: imò & pluries in solidum alicui oblig. quis potest. Inde verò non inferitur posse duos rei eiusdem simul Dños in solidum esse cū in hoc repugnantia adfuit, ut in casibus illis. Denique arguit. Possunt esse duæ causæ totales, & physice, & morales affectus eiusdem, ut vulgare iam est: ergo, & rei eiusdem dominium in solidum penes duos esse potest. Sed ne vmbra quidem paritatis adest. Constat autem hoc fundamentum consilio nihil præstare Petr. Hurt. rationem, ut dominium liberum factum à Deo Christo Domino ad exhibenda opera laudifactoria, & promissionem de hominum offensis remittendis ob illa ostendat ex Paulo ad Hebr. 12. Qui proposita sibi gaudij sustinuit crucem, iuxta Euthym. & Aumen. lib. Chryl. hom. 18. Anselm. lib. cur Deus homo. c. 19. atq; et Psalm. 39. vbi Christus munus ingrediens iuxta Paul. ad Heb. 10. sic Patrem alloquitur. Sacrificium, & oblationem vtiq; non iustificavit, autem perfecti sibi: peccata apud Hebr. feruitus signum holocausti. & pro peccato postulat: tunc dixi ecce venio, facta. n. quomodolibet promissione Dei ad Christum, nec potuit illa se eorum oper. dom. abdicare, neq; hic ius contra Deum acquirere eorumq; dom. simul in solidum, ut ex dictis daretur.

2 Oppones illud ad Hebr. 6. Non est iniustus Dominus, ut obtiniscatur operis vestri. 2. ad Thim. 2. Præposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi Dominus, in illa die iustitiae iudex ad Rom. 4. ei qui operatur merces imputatur non secundum gratiam, sed secundum debitum, Consonat Araus. c. 1. c. 18. debetur merces bonis operibus, si fiant: sed gratia Dei præcedit, ut fiant. Ex quibus August. in psalm. 83. debet Deum debitorem esse coronæ, & mercedis similiter Chryl. hom. 8. in psalm. 9. hom. 3. in Math. Bern. de gratia, & lib. arbit. sine ait. promissum nobis ex misericordia persolendum à Deo esse ex iustitia imò August. 4. contra Iulian. c. 3. iniustum fore Deum ait, si ad regnū cælorum iustus non admitteret, & S. Th. 1. 2. q. 112. 2. 3. ad 1. si non reciperet confugientes ad se facturū contra iustitiā. Quibus consona plura vide apud Ruiz. de Montoya, d. 56. de volunt. Dei sect. 3. & 4. verum August. 3. de lib. arb. c. 16. ait. Deus nulli debet aliquid, quia omnia gratia præstat quid ergo ei prærogas, ut tanquam debitum postea quædo si nolles ad eum converti, nihil ei deesset. 1. confess. c. 4. supererogatur tibi, ut debeas, & quis habet quicquam non summi Reddis debita nulli debent, dignas debita nihil perdent. Bernard. ser. de Annunt. sub init. Nec enim talia sunt hominum merita, aut propterea vita eterna debeatur, aut Deus iniuriam aliquam faceret, nisi eam donaret. Non igitur nobis, sed sibi suæq; veritati ac fidelitati debet præmia, & promissa: quæ virtutes iustitiæ propriæ, sed lata dicitur, atq; æqualitatem

æqualitatem donorum cum promissis seruant, vt bene aiebant Prosp. 2. de vocat gent. c. 29. ante med. Anselm. in proloq. fin. S. Th. 1. 2. q. 114. art. 1. ad 3. vbi & 2. 2. q. 61. iustitiam Dei ad homines distributiuam negat: sicut & 1. p. q. 21. art. 1. quare Capreolus retractasse S. Thom. in summa eis locis, quæ alibi docuerat fatetur expresse apud nostrum Vazquez disp. 86. c. 2. qua de re si plura alia desideres vide nostrum Didacum Puncto de Montoia de volunt. Dei d. 5. & 8. sect. præsertim 3.

4 Denique non præterito recentiorum à Bernale à nobisque ex ipso memoratorum certam. 3. numer. 1. in præsentī additamenta. Nempè ex iure hoc quæsitō ex pacto Dei operibus humanitatis Christi eis ipsis extingui debitum, & offensam peccatorum contra Deum quod ipsum ij omnes, qui supposito pacto, aut promissione Dei, illi eis operibus ex iustitia, siue positia, siue negatiua satisfieri docent, docere tenentur: Ast inquit, quia Deo gloriosius, huminibusque vitius pactum à Deo fuisse, vt non pūis illis operibus sed media adulatorum dispositione gratiue infusione & debitum, & offensa Dei ex peccatis nostris cessaret, Sed hoc secundum non satis cum primo videtur coherere: si enim diuini iuris læsio posito præcisè pacto, & acceptatione Christi in fideiussorem à Deo ad æqualitatem eius operibus refarcitur Deo offensa, ac læsio, ac si æqualis satisfactio earum à peccatore exhiberetur: ergo à nullo alio pendere potest offensa Dei extinctio, atque iuris diuini ob peccatum satisfactio, id enim quod formaliter se ipsa forma aliqua præstat implicat præstari ab illa dependentē ab vllō alio. Ratio est: quia, si alio eget, vt tale constituat, ac reddat, se ipsa adæquate nec tale reddit, nec constituit. Atque in æquali debiti pecuniarij satisfactioe aptius adhuc ad rem nostram exemplum elucet. Dices potuisse poni pro conditione pacti, & acceptationis Christi in fideiussorem peccatoris, vt homo se disponat. Desique gratiam infundat iuxta Zezineum hom. de natu. in Concilio Ephesino can. 7. id autem solum probat ad id Deum, & homines ex pacto teneri; non autem è Dei offensa iure: atque potuisse Christum non offerre satisfactioem pro peccatore, quia illam offerre, eiusque fideiussorem esse, sub ea pepigit conditione, similiterque ex parte sua Deus: aut oblata absolute à fideiussore Christo satisfactioe æquali, seque ipsa extingente debitum, vt absolute factum hi Doctores aiunt, implicat eam absolute poni, ac ius Dei offensa non extingui, eiusque offensam etiam nec infusa gratia, nec posita dispositione non aboleri, vt in fideiussore, & eius acceptatore sub similibus conditionibus pro debito pecuniario patet: etsi enim conditiones non implentur, oblata à fideiussore, & acceptata à creditore solutioe debitum, & ius omne huius extinguitur; vnde arguo, etiam sine dispositione, & gratia, maculam peccati de facto satisfactioe Christi aboleri, quod est hæreticum, cum re ipsa macula idem prorsus cum offensa sit: quare implicat vnam sine alia aboleri, aut extingui: neque aliunde gratia destruens maculam, & offensam destruere conuincitur. Denique nulla erit Dei offensa in peccatis post pactum, & satisfactioem Christi fideiussoris tempore, vel natura futuris. Quoties enim quis pretium iustum suæ offensa pacificetur, atque anticipato recipit & iuri suo per pactum cedit, & non recipit iniuriam pretio emptam, ergo nec Deus. Dices Deum nec iuri suo cedere posse, nec in iure naturali dispensare. Contra: quia si nequit iuri cedere suo: ergo neque ita pacifici cum Christo de satisfactioe, vt ex iustitia stricta teneatur offensam remittere, ac proinde neque poterit esse de rigore iustitiæ Christi pro nostris mortalibus satisfactio.

A. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.



DISPUTATIO II.

De necessitate passiva incarnationis ad satisfactionem ratione infinitatis malitiæ, vel offensa mortalis.

IN hanc disputationem aliorum qui euasione quauis, suo quæque loco mouent, consuetudine potius quam methodo, ac iudicio indugor. Cum etiam rem hanc oportunius controu. de bonitate, & malitia, ac de peccatis disputandam, atque hic inde alterutrum, (nempè vel finitatem, vel infinitatem malitiæ, & offensa mortalis) supponendam. Ne autem qui alios legat, grauissimæ difficultatis diuisionem in nobis decideret, dubiterque, an constanti methodo, an inconstanti metu omiserimus magnitudinem malitiæ mortalis offensa: q; illius contra Deum examinabimus. Finita, ne altera saltem, vel vtraque an infinita sit, ac tandem, an, etsi infinita foret ad eius satisfactioem necessaria esset diuinæ personæ incarnatio.



QVÆSTIO I.

An mortalis malitiæ, vel offensa Dei finita sit, an infinita.

DE vtroque inquiritur malitiæ nempè, & offensa Dei, quæ est in mortalitum quia ex alterutro indubitate necessitas incarnationis ad satisfactioem pro illo videbitur inferenda: tum quia plures malitiæ finitæ admittunt offensam mortalis infinitam autumant.

CERTAMEN I.

Qui infinitatem adstruunt referuntur, & qui ex eis finitatem malitiæ recognoscunt, offensa verò infinitatem, refelluntur.

PRro sententia asserente infinitatem offensa in mortali referentur plures antiqui à Bernale, & à Salas citandis, dubia tamen fide, si legas Soarium d. 4. sect. 7. circa med. §. Ad hanc obiectionem. Vbi Alensem, Bonau. vtrumque Ricardum, S. Thom. & Caiet. interpretatur, quod solum veilit mortalis offensa omnem creatam satisfactioem superare, quod tamen citra offensa infinitatem reputant fieri. Atque eodem sensu explicatur Anselm. lib. 1. (vbi Deus homo. c. 20. at si attentè tam hos, quàm reliquos antiquos euoluas reperies mortalis offensa nunquam simpliciter infinitam nominali, sed vel simul, vel alibi saltem additum, quodammodo quandam, vel secundum quid, vel ex parte personæ offensa, adhibuisse, vt videre est in S. Thom. ac in reliquis obseruauit Salas 1. 2. t. 2. tract. 3. disp. 15. sect. 6. num. 35. Certe ergo opinionis huius Authores sunt Antogonistæ lib. de satisfactioe Christi Capreol. in 3. dif. 18. 19. & 20. Caiet. 3. p. q. 1. a. 2. ad 2. dubium §. ad alteram vero. Barthol. Medina ibi fol. 62. ad 2. argum. licet 1. 2. q. 87. a. 4. ad 1. & 2. oppositum videatur docere. Aluarez. de incarnat. d. 3. concl. 3. d. 6. concl. 1. Corneso Carmelit. de incarnat. d. 2. & Thomistæ recentiores ex nostris Egidius Coninck. t. 2. de Sacram. disp. 1. dub. 3. numero 25. disput. 10. dub. 2. Petrus Hurtado de incarnat. d. 9. sect. 3. maioribusque expensis Bernal. disp. 4. tota sect. 3. eis porro ferè omnes offensa à malitiæ distinguunt ne malitiam in mortali infinitam asserere cogantur.

XX 2 2 Contra